

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber quintus, De peccato originali

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

XII. Maxentius Joannes in libello Fidei, cap. 3. Liberum naturale arbitrium ad nihil aliud valere credimus, nisi ad discernendum tantum, & desideranda carnalia, sive secularia, quae non apud Deum, sed apud homines possunt for-

tassis videri glorioza. Ad ea vero quae ad vitam eternam pertinent, nec cogitare, nec velle, nec desiderare, nec perficere posse, nisi per infusionem, & in operationem intrinsecus Spiritus sancti, qui est etiam Spiritus Christi.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QVINTVS. De PECCATO ORIGINALI.

Caput Primum.

DE PECCATO ORIGINALI NATORVM EX FIDELIBVS.

VENITVM est ad tertiam controvrsiam, Vtrum omnes homines sint peccatores. Et Catholici quidem constanter afferunt. Ita enim transisse ab uno Adamo in uniuersum genus humanum corruptionem illam, de qua iam quatuor libris disputatum est, ut eius natura vnum solum excipi possit individuum. Dominus noster Jesus Christus, non genus communis omnium lege, ex mare & fœmine, sed ab origine ex Spiritu S. de Virginis sanctificato semine.

II. At Papistæ primo calumniantur, deinde à peccati lege communi excepti sunt aliud individuum, B. Virginem Mariam. Primum igitur negare nos afferunt peccatum Originis trahire in filios Fidelium. Ita Coceius, Thesauri Tom. 2. lib. 2. cap. 2. Bellarminus de Amissione gratiae libri 4. c. 14. Gautierius in tabella Chronographica seculi quinti. Gregorius de Valentia Commentariorum Theologicorum Tom. 2. disputat. 6. generali, quæst. 11. punct. 2. Eustachius de Sancto Paulo, Summa Theologica part. 2. Tract. 5. disput. 6. quæst. 4.

III. Sed hæc pura puta calumnia est, à qua vindicabit nos primo Confessio Fidei, Artic. 4. Credimus hoc vitium, nempe originale, esse vere peccatum, quod omnes & singulos homines, ne parvulus quidem exceptus adhuc in vetero matrimon delitescentibus, eterna mortis reos coram Deo peragat. En tibi omnes, & singulos homines. Quid ultra queris? En tibi nullus exceptus parvulus. Et est adhuc calumnia locus?

VI. Secundo, ipsa Baptismi apud nos solennis liturgia, in qua hæc disertissima: Domine Deus, Pater aeternus, & Omnipotens, quando, pro tua infinita clementia, nobis pollicitus es fore te Deum, & nostrum, & liberorum nostrorum (en tibi natos ex Fidelibus) oramus te, ut beneficium illud tuum in hoc infante confirmare digneris, parentibus ius genito, (en tibi rursus Natos ex Fidelibus) quos in Ecclesiastum tuam cooptasti, & quemadmodum tibi a nobis offertur, & consecratur, ita in tutelam tuam eum recipias. Deum te, & Seruatorem eius esse demonstras: peccatum ei Originis condonans, ac remittens, cuius genus omne Adam culpam sustinet. Potuitne quicquam manifestius? Nam, & Seruatorem precamur infanti, quomodo, si nullum ei peccatum? & conceptis syllabis, remitti peccatum originale. Potestne ei remitti, cui nullum est? Nec tamen de infantibus agitur infidelium: Ergo negari non potest nostram hanc esse solemnem fidem, Infantes Fidelium esse originaliter peccatores.

V. Et volunt tamen videri causas habere calumniae. Caluinus, inquit Bellarminus, in Antidoto Concilij Tridentini, ad cap. 5. sessionis 6. & libro 5. Instit. cap. 16. §. 24. & 25. docet filii Fidelium non imputari peccatum Originis, & hos etiam ante Baptismum esse Sanctos, & membra Ecclesie. Caluinus socios addit Bucerum in Matth. 3. Martyrem, & Bullingerum, in 7. prioris ad Corinthios. Gautierius etiam, argumento pugnat. Quianegat Caluinus, neget Beza, Baptismum esse ad salutem necessarium.

VI. Sed Caluino, reliquaque illis idem sensus fuit, qui nobis. Certe à Caluino ita scriptum in 1. ad Corinthios 7. Docet uniuersalem esse propagationem, & peccati, & damnationis in semine Adæ. Omnes igitur ad unum sub hac maledictione includi, sine ex fidelibus, sine ex impiis descendant. Neque enim fideles liberos generant secundum carnem, quatenus sunt regenerati. Aequalis est igitur in omnibus naturæ conditio, ut sint tam peccato, quam eterna mortis obnoxia. Imo ipso illo cap. 16. lib. 15. vnum inter alia Caluinum argumentum est aduersus Anabaptistas à peccatorum remissione. Peccatores enim cum nascamur (inquit) remissione & veniam iam à matris utero opus habemus. Quid? quod alia nobis erit suo loco controvrsia, vtrum per Baptismum desinat esse in homine peccatum originale, in qua, negantem Caluinum si ipsi exagiant, qui nunc volunt ab eo doceri nullum id esse vel ante Baptismum? At hæc sententia cum illa non potest consistere. Nisi forte succurrat sycophantum illud Gautieri: Sibi ipsum contradicere, quum ipsi potius sycophantæ geminas videant Thebas.

VII. Sed illa è Caluino obiecta, quam sunt nihil? Primo non imputari filii fidelium Originis peccatum, non dixit Caluinus, iis saltē locis, qui numerantur, aut aliis ullis quos videbam. Nec sanc, absque exceptione, verum. Multi enim sunt fidelium filii reprobi, quibus imputari peccatum originale, quomodo negari possit non video. Secundo, etiæ dixisset, prorsus tamen absurdum est inde concludi, nullum esse peccatum originale. Nam quis nescit solempne esse Caluinum non imputari post Baptismum illud ipsum peccatum, & tamen manere? Cur non possit æque ante Baptismum? Cur, inquam, non possit & inesse pueris peccatum originale, & tamen non imputari? Atque id omnino velut in infantibus, saltē electis. Denique si verum, non imputari, ergo verum, esse in infantibus. Nam is sensus est eius phraseos. Job quadragesimo secundo, ut non vobis impuretur fulsitia. Psalmo trigesimo secundo, Beatus homo, cui non imputat Iehova iniuriam. An vero in illis nulla insipientia, in hoc nulla iniuriam? Imo contra potius,

quia erat, ideo non imputari dicitur. Quare, si dixit Caluinus non imprætati filii fidelium peccatum originale, ergo credit in iisdem esse peccatum originale.

VIII. Dixisse eosdem esse sanctos, etiam ante Baptismum, agnosco. Sed nego sequi, ergo non habere peccatum originis. Illud sane sancit à Paulo Caluinus, 1. Corinthios 7. vbi rem totam dilucide exponit, Docet Paulus segregari piorum liberos ab aliis quadam prærogativa, ut sancti in Ecclesia repuerentur, sed qui hæc sententia cum eo quod alibi tradit, conuenient? Nos esse omnes natura filios iræ: Item cum sententia Daudis, Ecce in peccato conceptus sum. Respondeo: Vniuersalem esse propagationem, & peccati, & damnationis in semine Adæ. Sed hanc partem paulo ante descripsimus. At non multo post, Quod autem hic tribuit liberis fidelium speciali priuilegium Apostolus, id fluit ex beneficio fæderis, quo superueniente, deletur natura maledictio, & Deo per gratiam consecrantur, qui natura prophani erant. Hinc argumentatur Paulus, 11. ad Romanos, totam Abraham progeniem esse sanctam, quia fædus vita cum illo Deus pepigerat. Si radix sancta, inquit, ergo & rami sancti. Et Deus filios suos vocat omnes, qui ex Israele sunt progenit.

IX. Nota igitur hanc infantum sanctitatem, non esse inhærentem, insitamve iis qualitatem, alienam à peccato, sive originali, sive actuali, sed extrinsecus delatum priuilegium, quo sit, ut eo ipso, quod nati sunt ex fidelibus, perricata ad fædus a Deo initum cum Ecclesia, cuius adeo sint participes, non qui absque ullo existunt peccato, sed iū potius, qui in peccato nati, vere sunt peccatores, & natura filii iræ. Quo priuilegio separantur ab Idolatraru[m] filiis, qui non tantum sunt natura filii iræ, id est, onerati peccato originali, sed etiam alieni à fædere diuino, eo quod nati sunt ex parentibus, quibus nihil est cum illo fædere commune. Illustratur res rotunda in signo illo alio loco ad Romanos vndecimo, vbi vocantur Israelitæ sancti. At quinam Israelitæ? An forte Veteres illi pietate laudabiles, fide insigne: Imo iij ipsi, qui Pauli tempore Christum oppugnabant. De his igitur diserte, Si primi sancti sunt, etiam massa, & si radix sancta, etiam rami. Quasi totidem verbis, quandoquidem Abraham, Isaac, Jacob, olim sancti fuerunt propter fædus contractum cum iis, eorumque semine: Ergo & hi, illorum filii, sunt sancti. Quare hæc sanctitas non excludit peccatum, aut actualē, aut originale. Potuit ergo Caluinus vere dicere filios fidelium, esse sanctos, & tamen simul, vere obnoxios peccato originali. Quod si non tolerant Sophistæ, dicam ergo scribant Paulo, ob hæc eius verba tam Caluiniana.

X. De necessitate Baptismi respondeo, primum calumniari Gautierum, neque enim negatur à Caluino esse ad salutem necessarium, sed tantum absolute necessarium, ita ut omnino saluari nequeat, qui careat aquæ Baptismo, quæ controvrsia est suo loco disperanda. Secundo, negatur consequentia. Nam, etiæ Baptismus non sit absolute necessarius, imo si statueretur à quopiam non necessarius, tamen non sequeretur infantes statui sine peccato originali. Nisi forte nouum nobis cudent fædi dogma Sophistæ, asserentes, quicunque saluantur absque Baptismo fluminis, eo immunes esse à peccato etiam originale, atque ita non Veteres tantum ante Christum, Abraham, Daud, Ioseph, sed etiam latronum alterum crucifixum cum Christo, codem priuilegio gaudere, quod assegnant tamen, tanquam proprium, Virginis matri.

XI. Et vero quicquid Caluinus hic negat, non minus ad viros pertinet, quam ad infantes. Negat enim ita esse necessarium Baptismum, ut absque eo nullus, aut infans, aut etiam vir, saluari possit. Ettamen nondum adeo fuere desperati Sycophantæ, ut à Caluino dicentes negari aut originale, aut etiam actualē peccatum in viris. Cur magis in pueris?

C A P. II.

Status Controvrsie, de B. Maria Virgine.

I. DE Virgine Matre Dei, quæstio nunc offert se. Disputarunt serio, quos quidem viderim, Papistæ recentiores (nam paulo priores Scholasticos missos facio) Petrus Galatinus de Arcanis Catholicæ Veritatis, libr. 7. Conradus Klingius, locorum communium lib. 4. cap. 48. Simon Vigor, sermone in die Conceptionis. Franciscus Feuardentius Theomachia libro decimo. Andradius, Defensionis Tridentinae quinto. Bellarminus de Amissione gratiae lib. 4. cap. 5. Gregorius de Valentia, de Peccato originis cap. 3. Et in tertiam Thomæ disputat. 2. generali, quæst. 1. Salmero, tractat. 49. & tribus seq. in Epist. ad Romanos. Valentinus Gerardus, in Triumpho Beatæ Virginis. Petrus Coronus, Apologeticus 5. & primi Institutionis cap. 7. Sebastianus Barradas, in Concordiam Euangelistarum tom. 1. lib. 6. cap. 30. Valques 3. Thomæ disput. 114. & seq. Eustachius de S. Paulo Summa part. 2. tractat. 2. disput. 1. quæst. 1.

DE PECCATO ORIGINALI.

56

II. Ex nostris pauci. Neque enim controversia erat, in qua quenquam facilius debeamus, cum quid individuus Christianorum fiat, maxime, præter ordinem, curiosum sit inquirere, otiosum disputare, temeratum definire. Papistæ tamen sua importunitate efficerunt, vt ne hanc quidem pattem omittere nobis licet, qui fascinat sua illa idolatria, quæ Marian longe supra humanæ naturæ, imo creaturarum omnium sortem euehit, irascuntur, si quis non cæcum præbet obedientiam. Nostrorum igitur pauci hoc stadium decurserunt. Chemnitius part. i. Examinis, ad Tridentin. Decretum de Peccato originis, breuiter. Breuiter item Rodolphus Hospinianus de Origine festorum Christianorum mense Decembri. Item David Chaillerus tractatulo de Fine & vsu miraculorum, & de Conceptione Virginis. Sadeel ad artic. 4. Burdigaleninim. Sed fuse Simeon Codurus in Triumpho Veritatis contra Valentinem Gerardum Jesuitam.

III. Quæstio est, An Maria, mater Dei, immunis fuerit ab omni peccato. Catholici, etiæ Beatam prolixè confitentur, tamen non per naturam, sed per gratiam, itaque negant eximendam, quod attinet ad peccatum à communis sorte fideliūm, qui nulli salvantur non redempti sanguine Christi, nisi quatenus in Virgine idem Spiritus, qui omnibus datur fidelibus, longe fuerit efficacior in extinguendis peccati reliquiis: quomodo in Apostolis eadem efficacia longe maior quam in vulgo fideliūm.

IV. Sed Papistæ feruntur in oppositam partem. Varietamen. Distinguunt peccatum Actualē à Veniali. Et tum audacter pronunciant esse articulum fidei, Mariam omni proflus actuali peccato caruisse. Sic enim disertor Cotonus. Gerardus etiam, quum distinxit dogmata Theologica in ea quæ perspicue continentur in Scriptura, & ea, quæ paulo quidem obscurius continentur, eruuntur tamen inde per Eccleiam, & ea quæ longe obscurius, adeo ut de illo nondum quicquam certi statuerit Ecclesia. Illa autem, quæ in secundo ordine, aque cum primis certa esse: Tum vero hoc de peccati actualis immunitate, secundo ordini assignat, tractatus tertii capitulo primo. Eustachius à Sancto Paulo, *Beata virgo sic fuit sanctificata per gratiam, ut nullum actuali peccatum, ne quidem veniale commiserit.*

V. De peccato originali mollius. Negant esse quicquam certe definitum ab Ecclesia, ideoque in partem utramque disputari concedunt. Verisimilium tamen affirmari, & magis pie, Beatam Virginem eo etiam peccato caruisse. Eustachius à Sancto Paulo, *Liberum esse cuiuslibet Catholicō utramvis partem affirmatiuam vel negatiuam amplecti, ita ut alterutram hereticam appellare sub pena excommunicationis soli Papa reseruat & prohibuit sit.* Itaque Bellarminus tripli rem toram comprehendit axiome. Primo, *Non haberi pro recta & explorata re fidei Catholica tenenda, B. Virginem sine peccato fuisse conceptam.* Secundo, *Hanc ipsam opinionem non esse villo modo hereticam, vel errorem indicandam.* Tertio, *non esse etiam temerariam, sed piam admnodum, ac probabilem, aq; adeo contraria sententia longe probabiliorem.*

VI. Qua oblata occasione libet notare, quam sit lubrica, quamque facilis in variis formas fides Romana. Nam primum quidem durissimæ contentiones fuere, maxime Franciscanos inter & Dominicanos siue Prædicatores, qui etiam in concionibus ad populum rem totam disputabant, non ut *ad agendum*, & in utramque partem opinabilem, sed cerram, & indubitatam, vnde progressus ferior, hereticos infamis notam contradicentibus inurebat. Et que in annalibus Francorum annotatum schismatum natum in Vniuersitate Parisiensi, anno octogesimo octavo seculi decimi quarti, quod non tantum intra scholam Dominicani arguitarent, sed etiam ex iis vnu Iohannes Montelonus publice doceret. Quin & Rotomagi eius ordinis homines Huetos vulgo appellatos, quod eorum vnu ita se publice dici consensisset, si suam sententiam non probasset validis argumentis. Ab eo Schismate factum, ut quicunque scriperunt in Lombardi tertiam, distinctione tertia, partes utrumque suas strenue tueantur.

VII. His turbis moti boni illi patreculi, qui in Concilio Basiliensi, decreuerunt, in Franciscanorum gratiam, ut deinceps pro certo haberetur Virgo expers peccati etiam originalis. De quo tamen Decreto Bellarmini iudicium videte: Primo, concilium non fuisse à Romana sede probatum, secundo, nec ipsum id voluisse pro fidei articulo haberi, solum statuisse amplectendum ut pium, & coulonum cultui Ecclesiastico, fidei Catholicae, Scripturis, & rationi. Ac de priori sane capite, id est, autoritate Concilij Basiliensis, ipsi viderint Papistæ, quanta sit apud eos futura. Apud Catholicos certe nullam esse posse consentimus. Bilem tamen obseruamus in tertij Sententiarum distinctionem terriam, impudentes vocare eos, qui ut suam defenderent temeritatem Dominam nostram inhonorantes, dicere aut sunt Basileense Concilium non fuisse legitime congregatum.

VIII. Ad alterum quod attinet, illudit lectoribus Jesuita nimium confidenter. Nam omnino definitum est, non tanquam magis pium, & congruum, sed tanquam penitus certum, ac tenendum. Itaque Almainus diserte in 3. Sententiarum distinct. 3. *Circa hanc questionem, an virgo fuerit aliquando in peccato originali, & postea sanctificata, vel anterioriter per speciale auxilium preservata, ne illud contraheret, fuit duplex modus dicendi, temporibus antiquis, sed nunc unus est, & alter prohibitus per Concilium Basiliense. Ad id determinatum fuisse, & sub plumbō publicatum. Quanquam, quid opus est testibus, quoniam ipsa legamus discretissima Decreti verba, quæ non fuit ausus Bellarminus deficere? Describam ego, ex sess. 36. Nos diligenter inspechis auitoritatibus, & rationibus, quia iam a pluribus annis in publicis relationibus ex parte utriusque doctrina coram hac sancta Synodo allegata sunt, aliusque etiam plurimis super hac re visis, & matura consideratione pensatis, doctrinam illam differentem, gloriosam Virginem Dei genitricem Mariam, præueniente & operante diuini numinis gratia singulari, nunquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali & actuali culpa, sanctamque & immaculatam, tanquam pium, & consonam cultui Ecclesiastico, fidei Catholicae, recta ratione, & sacra Scriptura, ab omnibus Catholicis approbadam fore, tenendum, & amplectendam definitius, & declaramus, nulliusq; de cetero licitum esse in contrarium predicare & docere.*

IX. Sunt-ne hæc diserta? Nam certe qui è duabus oppositis sententiis vnam probat, alteram prohibet, is non videtur rem in medio relinquere. Itaque senferunt Dominicanī, se damnatos, ipsiq; vicissim Concilium damnarunt, solebant, inquit Maior in eum Sententiarum locum, multum resistere illi determinationi Concilij: & Antoninus dicere, Concilium Basileense perisse basilicum, ut hanc determinationem, inquit Maior, attenuaret. Ca-

nus locoluū communium libro septimo, capite tertio, grauitate errasse prouinierat, cum ita desinuit.

X. Nec carant facula tragicis motibus. Nam anno nono seculi decimi sexti, vii noctis Niclaus Basilius additionibus ad Nauclerum, Prid. Kal. Iunii, Bernæ apud Helvetios, Prior, Lector, Subprior, & Custos conuentus S. Dominic, capti, per torturam examinati, degradati, ad ignem coedemnati, miserabiliter sunt combusti, propter quasdam dolos, fallas, impias & diabolicas machinationes, quas in odium immaculatissimæ Virginis Marie conceptionis occasionaliter excogitarunt. Nota vero hosce appellari à Basilio nunc haereticos, nunc haeretarchs.

XI. Precesserat tamen non paucis annis Sixtus quartus, qui in Extraugante, Grauenimis, de Reliquiis & veneratione Sanctorum, quæstionem permisit liberam, quanquam in alteram ipse potius inclinaret, ut pote Franciscanus. Ita non tantum inchoat à contraria sententia, tanquam quæ causam dedisset editio, sed & hanc longe durius exagit. Decreti summa, vt neutra pars alteram accusaret haereses: *cum nondum*, inquit, *sit à Romana Ecclesia, & Apostolica sede decisum.* Sed vt noris Franciscanos prælatos, Prædicatorum libri comburi iussi sunt, in quibus scriptum haereditati ab aduersariis, non item Franciscanorum. Quo astu facile sperabat Papa, feam partem opprelleurum. Estque hoc Decretum renouatum à Concilio Tridentino, sessio. 5. *Declarat hæc ipsa Synodus, non esse sua intentio comprehendere in hoc Decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem, sed obseruanda esse Constitutionis felicis recordationis Sixti Papa quarti, sub ponens in eis constitutionibus contentis, quas innovat.*

XII. Itaque videntur hic tandem velle quiescere: nec aliter profitetur. Nam Gregorius de Valencia, *Certum est in questione hac, neutrā sententiam esse ex fidei compertam, scilicet vel preservatam fuisse, vel non fuisse, ita ut qui alterutram sententiam ex his tuetur, censeri debet aut esse hereticus, aut propter temeritatem opinionis peccare mortaliter.* Sed non levia sunt argumenta, quibus fides fit non destitutos, donec omnino definita esse certum, ratum, fixum, Mariam conceptam absque originali peccato. Primo enim sic solent, quum quid inualuit, id sumere pro certo fidei fundamento. Ita mutilatio alterius speciei confirmata tandem, quæ primo nulla erat, deinde à priuatis superstitionibus, in maximam populi partem paulatim eruperat, vnde tam serio lancerat in Concilio Constantiensi, vt nihil nunc contentius Papistæ teneant.

XIII. Secundo apparet facile in utram partem propendeant, *Nondum*, inquit Sixtus, *est à Romana Ecclesia, & Apostolica sede decisum.* Pudenter Gregorius de Valencia negat inquam futurum, vt Ecclesia determinet aliquem descendente ab Adamo, præter B. Virginem, habere pr. uilegium, quo à peccato originali sit preservatus. Videturne spem nonnullam facere, fore id aliquando, quod nunquam fuit? Sed abbreviator Bellarmini, ad 15. Paulatim, inquit, *contraria opinio euauit, & iam pauci inuenientur, qui eam docere auderent.* Cotonus: *Omnium inclinationem sensumque communem ferri in partem affirmatiuam.* Gregorius de Valencia, *Iam a multis tempore maxima omnino doctorum hominum pars, qui sunt in Ecclesia præcepta fidelium, defenderunt ac propagnarunt voce & scriptis sententiam hanc de immaculata Virginis conceptione.* Gerardus partis i. tract. 14, hanc ipsam sententiam appellat magis communem, fereque ab omnibus acceptam, etiam à Carthusianis: Imo & à Dominicanis, teste Michaele eiusdem ordinis viro, & quidem prouinciali. Quanquam de Dominicanis contradicit Vasques capite secundo disputationis centesimæ decimæ septimæ in tertiam Thomæ, & testatur, hos in sua opinione semper perseverare.

XIV. Nec vero abest à verisimili. Nam ut tacem quantum vim habeat supersticio: certe odium veritatis transuersos agit homines. Quod exemplo comprobatum est in alia controversia de Autoritate Romani Pontificis, quem esse obnoxium Concilii Vniuersalibus vix olim quisquam Gallorum dubitauit: At nunc vix quisqu: im profitetur, præter paucos Sorbonicos. Nempeodium nostri, à quibus ita supersticio impugnatur, ut nisi hoc fulciatur adminiculo Vaticani aumenis, omnino corrueere necesse sit. Quare, ne ruat, huc itur potius, ut quæ vetus erat Ecclesia Gallicana libertas pessum eat.

XV. Ergo, de Virgine sic ab initio disputatum acriter ex utraque parte, deinde pronunciatum in utramque, nunc vero tandem inclinatum in alteram. Quid superest: nisi in hanc, in quam inclinatio est, toto tandem pondere præcipitum fiat? Gregorius de Valencia, *Qua cum ita sint, non solum hinc tam multis nominibus merito censeri debet Ecclesia Catholica, in hanc portu sententiam propendere, sed etiam quod propter hæc præiudicis fidelium, & maxime sedis Apostolicae, facilime fieri potest, ut tota proflus Ecclesia fidelium nullis exceptis, persuaserit sibi veram esse hanc sententiam, id quod ipse quidem arbitrio aliquando futurum, quod si accideret, iam eo ipso redderetur hæc sententia, secundum fidem certa, siquidem ex fide certum est, Ecclesiam totam non posse errare. At id non tantum optat, sed etiam iubet Salmero, tract. 52. ad Roman. Qui alter opinati sunt, plene sunt deserendi, ut quia opinio sua derogare Christi glorie, & honori matris sue videntur, deinde, quia declinant à sensu Ecclesia, quia hoc priuilegium in cultu Dei protestatur.*

XVI. Euge igitur, spem concipite magnam, Ecclesia Romanæ symbolum breui auctius fururum uno articulo, futuramque ipam tanto magis Catholicam. Omnino, quomodo à Tridentina Synodo iam decretum fuit. Virginem puram fuisse à peccato veniali, quod ante id tempus relatum fuisse inter Ecclesias decreta negat Dominicus à Soto, de Natura & Gratia, lib. 3. cap. 4. Itaque, mature occupant nonnulli, non tantum sua sensa pronuntiantes, sed & aliena damnantes animosissime, siue is corum zelus sit, siue impatientia. Nam Gerardus, & recitat, & laudat versus Apolloni Colatij ad Viginem, istos.

*Te, dum conciperis, culpa quicunque negarit
Immunem, brutis nil sapit ille magis.
Huic aut ipereo mens est infecta veneno.*

Aut illum teter spiritus exagit.

Audin: Viden, quo sit tandem deuentum, ab illa prima indifferentia: Et quia illud sit, quod videbantur insigni quadam benignitate concedere, ut ne sint inter haereticos numerandi, qui seorsim sentiunt, ut ne sint quidem ceasendi peccare mortaliter?

XVII.

XVII. Sed
reco ad me q
omino peccat
piocen. Obse
sem. Semel ergo
pellat catnis cu
titiam in vec
fici, a quibus n
XVIII. Se
litteris commun
em adiuvum
le. Secundo,
quam diximus
Tenor, ut in eis
fille, qui era
tum, id Adam
club, & de Orbi
etate in fu
stagni inclin
num reliquor
per sonum illam
re reliquie
enam in tua
fatu in tua
XIX. Sal
quoniam in
prenatura hoc
berex Dei con
folabilem, tam
cando Angelos
in teno modo
legam, vel fin
tum peccatum
tunc inedi
tum teneri De
et hoc modo V

I. Sleight
Spiritu, se
tacere. Sic enim
tum quoniam co
perum, secu
nqua et
fornale Ch
Manum. Sed
probaverol
num, persi

II. Sed
epitium,
in cuius p
secutus
tentem se
allegant
cum appel
cedere S
nas, si qu
videlicet.

III. Ha
Gerardus
capitulare
egi expon
ti si propo
Probat min
men tuam,
du. Que d
etiam re
tendem fe
Tum, qua
terpene p
tationes
nequam
Chilus-1
do, probat
legi com
zum paci
I. R
luminos
litteris semi
bitace no
texpem
tialiqua
sui spati
Rabinor
tempore
et nra rla
It, & mu

XVII. Sed ego ab hac ex falso, ob locupletandos tandem articulos fidei, redico ad mea quæstionis statum. Qui igitur tuentur eam partem, quæ omne omnino peccatum tollit à Virgine, distinguunt hominis duplœ conceptionem. Obserua, & admirare à noua Theologia nouam Physica rationem. Semel ergo concipi hominem cum comiſſcentur semina, & hanc appellant carnis conceptionem. Iterum vero, cum fœtus animatur, id est, materia iacti in utero preparate, infunditur anima rationalis. Ita olim Scholastici, à quibus ne recentiores quidem Papistæ recedunt.

XVIII. Secundo, Bellarminus distinguit tribus modis peccatum primi parentis communicari posteris. Primo, ut in ipso Adamo peccarint, in quo subsistebant. Videlicet, quomodo in precedentibus Pighium & Salmeronem audiuiimus definientes peccatum originis, illud ipsum Adami actuale. Secundo, ut in eisdem sit peccatum originis, secundum priorem illam quam diximus conceptionem, scilicet à mixtis seminibus ad animationem. Tertio, ut in eisdem peccatum sit post animationem. Primo igitur, non defuisse, qui etiam illo primo modo negarent Virginem obnoxiam peccato, etiam si id Adamo esset, in quem sensum legas apud Clichthouæm in cap. 2.lib.3.de Orthodoxa fide Damasceni, expertem fuisse omnino originalis culpa in suis subsistentiæ & conceptionis exordio. Tamen hoc Bellatrinus magis inclinat, ut primo & secundo modo concedat Virginis fuisse communem reliquorum hominum sortem. Sed in tertio contra. Nunquam enim personam illam actu existentem, peccatum habuisse, atque hoc solo differre à reliquis, qui per gratiam Dei, Christique passionis meritum à peccato originali fuere liberati, nimirum, quia hi post nativitatem, ut plurimi, vel si ante nativitatem, ut pauci, at saltem post animationem: Illa autem sola in instanti animationis.

XIX. Salmo paulo aliter, tot modis dici aliquem à peccato liberum, quod modis à morte, id est, tripliciter. Primo enim à morte liber est, qui suapte natura hoc habet, vt nullo modo mori possit, secundo, qui naturam habet ex Dei constitutione indissolubilem, tertio, qui est naturam habere dissolubilem, tamen habet concessum, vt possit non mori. Primo, Deum, secundo, Angelos, tertio, Adamum in statu creationis fuisse immortale. Sed in tertio modo, liberationem à peccato duplicitate considerat, vel per priuilegium, vel sine priuilegio. Sine priuilegio, liberari omnes, qui post contratum peccatum originale, ab eo per Dei gratiam liberantur. Quod ego tamen intelligere nequeo, sed illi viderint. At per priuilegium, si qua persona in mente Dei à lege communi eximatur, vt eum nolit Deus ea adstringi. Et hoc modo Virginem esse à peccato liberam.

C A P. I I I.

*An Scriptura doceat Virginem immunem ab
omni peccato.*

Sic igitur illi docent de Beata Virgine. Nunc disputant primo, ex Scriptura, secundo, ex Patribus, tertio, ex consensu Ecclesiarum, quarto, ex ratione. Sic enim Bellarmino argumenta distinxit, quem visum est sequi, potius quam eos qui disputant, primo, Deum potuisse Virginem examinare à peccato, secundo, decuisse, tertio, exemisse. Nam, prima quidem questio inepta est. Etenim, qui Deum sciunt primo creasse Adamum, tum autem formalisse Christum absque ullo peccato, cur non concedant etiam potuisse Mariam? Sed supposita omnipotentia Dei, negant sequi ita factum, nisi prius proberetur voluisse. Reliquæ dux ad argumentorum capita, à Bellarmino enumerata, pertinent.

II. Sed protestatur Bellarminus nullum exspectandum Dei verbum
exprimere, imo ne ullam quidem Ecclesie definitioem certam. Magno
iam cause præjudicio. At Gregorius de Valentia paulo aliter, triplici ordi-
ne distinguit Scripturæ testimonia. Ese enim quædam, ex quibus, iuxta li-
teralem sensum, possit probabilissime colligi: Ese rursus alia, ex quibus per
allegoriam: Denique, alia, ex quibus per sensum accommodatium, sic
enim appellat. Admittamus partitionem, ne nihil profus videamur velle
concedere Sophistico pruritui: Ita tamen, ut in singulis ne alios negliga-
mus, si quæ habeant, quæ iste maluerit omisſa. Ordiamur ergo à primo
ordine.

III. Huc, opinor, ille locus pertinet ex Genesio; apud Valentini Gerardum, tractat. i. part. 3. Vnde argumentum: Quæ mulier contritæ caput serpentis, ea expers fuit peccati: At virgo Maria est hæc mulier. Fuit ergo expers omnis peccati. Probat maiorem, quia conterere caput serpentis, sit proprie, eximi à peccato, neque ylo modo subiici potestati Diaboli. Probat minorem ex illo loco, Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, tu insidiaberis calcaneo illius. Quæ de Maria dicit, ita probat. Primo, quia inimicitiae illæ peculiariter ad unam referuntur mulierem, vt, neque fuerint, neque futura sint, inter eundem serpentem, & reliquas mulieres. Hoc ipsum tripliciter conficit. Tum, quia hæc inimicitiae per�nent ad reliquas mulieres, non respondeat pena peccato serpentis, qui unicam seduxerit Eum. Tum, quia non ita omnes mulieres inimicitias exercent cum serpente, vt semper vincant, nunquam viacantur. Tum denique, si semen mulieris est singulare, nempe Christus: Etgo & mulier singularis. Non est autem Eua: Ergo Maria. Secundo, probat locum intelligi de Maria, quia diserte, Ipsa conteret. Sic enim legi communiter, & vere, tum in Bibliis, tum apud plurimos Patres, quorum non pauci interpretentur Virginem Beatam.

I V. Respondeo, argumentum peccare vtraque antecedente. Et primo, in minore. Nam, quæ Scripturæ Verba sunt, ea non de muliere, sed de mulieris semine dici, ita volente Hebraica syntaxi, vt norunt quicunque Hebraice norunt, in quibus nullus est Valentius Gerardus, qui mihi praesenti experimento compertus est in disputatione Tricastrensi, ne literas quidem eius lingua didicisse: vt intolerabilis sit bipedis huius audacia, qui variis suis ~~τηλετούσιν συλλέγειν~~ locis tam securè hebraicatur, quam si esset Rabinorum primus. Ille viderit. Sed ego testes habeo magni nominis Interpretes. Primo, Septuaginta, ~~ωνέστι τελεός τινα κεφαλίου το τεράτον εν τοις πριγάνοις~~. Paraphrasten Chaldaeum, Et inimicitiam ponam inter te, & mulierem, נָכְנָךְ וּבַיִנְחָךְ & inter filium tuum, & filium eius.

אָתָּה ipse obseruabit tibi id, quod ipse fecisti à principio: & tu obseruabis ei in finem. Vel potius, manebit illi alta mente reposum: Nam, placet David de Pomis, qui exponit נִמְרָא בְּלֵב, seruauit in corde, Hieronymum, questionib. in Genesim, qui recentiē versionem Græcā, in qua erat μέγιστος, Molius habet in Hebrao, inquit, *Ipsa conteret caput tuum.* & tu conteres eius calcaneum. Qui tamen locus manifeste falsatus est in Glossa ordinaria, etiam editionis postremæ Lugdunensis. Pagninum, *Ipsum conteret tibi caput,* & tu conteres ei calcaneum. Neque aliter Munsterus, Leo Iudæ, Tremelius. Etiam Abbam Ezra וְרַבְּתָה בְּרָאשׁ וְרַעֲנָן, Semen eius percutiet te in capite.

V. Sed & Veteres, quicunque non hausstunt ex Latinis riuulis. Irenæus lib. 3. cap. 38. Inimicitiam posuit inter serpentem, & mulierem, & semen eius, obseruantes inutem: illo quidem cui morderetur planta, & potente calcare caput inimici, altero vero mordente, & occidente, & interpediente ingressus hominis, quo ad usque venit semen praedestinatum calcare caput eius, quod fuit pars Mariae. Nec aliter lib. 4. cap. 78. & quinti 21. Cyprianus lib. 2. contra Judæos cap. 9. Ipse tuum obseruabit caput. Leo Magnus, Sermon. 2. de Natiuitate Domini, Statim, ut nos diabolica malignitas, venenosus mortis cauta inuidia, praedestinata renouandis mortalibus, sua pietatis remedia, inter ipsa mundi primordia presignauit, denuncians serpenti futurum semen mulieris, quod noxij capiti elationem, sua virtutis conserueret. Chrysologus, Sermon. 173. Serpentis germen caput hominis petit, cui suum caput sententia principali sciebat addicatum, dicente Deo, Ipse seruabit caput tuum: & tu illius obseruabis calcaneum.

V. Sed ita est tamen, legit Vulgata editio aliter. Et in eo vim facit Gerdus. At num recte? Imo non defuerit Papistæ, qui eam lectionem iugulent. Franciscus Georgius Venetus, Problematis 55. de Mundi fabricatione, *Quis contrinxit caput serpentis, & cuius calcaneo insidiatus est serpens? Ex falso traductione, qua habetur, ipsa conteret caput tuum, Lazarini communiter attribuunt hanc victoriam Reginae cælorum.* Steuchus in Recognitione, *Ipsum cõteret tibi caput.* Non refertur itaque ad mulierem, sed ad eius semen, qua interpretatione, plerique decepti, malam expositionem inuixerunt in hunc locum. Canus, locorum lib. 2. cap. 15. Hieronymus legendum ait, *Ipsa conteret caput tuum, non ipsa.* Quum enim apud Hebraeos neutro genere ad semen referatur, interpres rem significatam perpendens, in masculino genere transfusit ipse: *quod imperit non intelligentes, virium scriptoris existimantes, substituerunt ipsa.* Andradius Jesuita, Defensionis Tridentinae lib. 4. *Ipsa conteret caput tuum.* Quod, quamvis Driparie Virgini multipie & religiose accommodent, tamen cum in veteribus etiam quibusdam Latinis exemplaribus reperiatur ipse, & cum Hebreis id voluminib[us] conspiceret, ita esse legendum non dubito. Lindanus Panopliae lib. 4. cap. 2. *Serpenti ipsi antiquo, Deus Optimus miserrimam nostram calamitatem miseratus, iam inde ab ipso, usque usq[ue]a dixerim, nocti interitus uno, comminabatur per mulieris semen, sive sobolem, caput olim contusum iri.* שְׁנָאֵת לְפָנֶיךָ, ipse, inquietus, conteret tibi caput. Hanc autem Dei Opt. promissionem ad mulieris semen proprie pertinere. Moyses in dubia Hebraica dialecti indicis expressit. שְׁנָאֵת ipse, quod non nisi ad masculos, sicuti & verbum שְׁנָאֵת conteret, referri potest. Ipsius itaque mulieris semen, sine seducta illius misella Eua qui spiam nepotulus dolosi serpentis caput tandem aliquando contereret, profigaret, atque in nihilum puluisculi modo redigeret.

VII. Ar Vetetes multi ita legere. Imo, inquam, Graeci nulli. Nam quod Chrysostomus citatur, frustra est. Audi Pamphilium in 2. librum Cypriani contra Judaeos, *Chrysostomus quidem iuxta priorem interpretem legit, ipsa, sed Græcum illius contextum aliud legere annotauit Dr. Philippus Monzanus, & preferat in Commentariis, ubi quodammodo locis Graecæ cū iis legitur. Soli ergo Latini. Imo in his nemo antiquissimus. Nam Marius Victor, intra quartum seculum fuit, reliqui posteriores. Sed quicunque legerunt, decepti fuerunt editione Latina, siue ex vita ipsius versionis, ut Gregorius putabat, siue librarium peccato, ut Canus maluit. Itaque non potest in iis esse multum momenti.*

VIII. Nam quod addunt, Hebraice esse ambiguum: quia ~~est~~ sublati punctis legatur utroque genere, cum masculinum tam feminino, id vero in Bellarmino forte an dissimilem, non prouersus imperito huius linguae in Gerardo exstret, qui tam temere de rebus sibi incognitis nugetur. Sed nihilominus & Bellarminus, & eius ~~et~~ Grotius contendunt sine punctis legi posse feminino genere. Imo, inquam, sine punctis Hieronymus legit masculino genere, legit Chaldeus Paraphrastes, legerunt Septuaginta. Nam qui puncta dicuntur apud Hebreos non antiqua, etiam recentiora dicunt Hieronymo. Tum autem nego legi posse feminino genere, hoc loco: quia quemque adiuntur, sunt masculina: Non potest autem dari ullus locus in quo ~~est~~ legatur feminino genere, & non sint circumstantiae etiam feminini.

IX. Superest Gerardi argumentum ab inimicis. Ille, inquit, restrin-
gunt ad vnam mulierem: adeo, ut neque sint, neque fuerint, neque future
hancum reliquis. Imo negatur hoc tibi, nugator. Nihil enim obstat, quomodo
nus mulier sumatur vniuersaliter. Procopius. Quod inquit, Inimicis ponam,
significat nobis perpetuum cum reptilibus esse bellum. At hoc bellum indicat hosti-
le quoq[ue] bellum, quod gerimus perpetuo cum Diabolo. Serpentem cum nostro con-
spectu offens, exhorremus. & cauemus, alias nullam eius habentes rationem.
Caterum nullum tempus est, quo non omnis mali aitorem culpem diabolum.
Claudius Marius Victor in Genesia: Humanum odium generis specialiter in te
ac genies omnem tuum bello experiri potenti. Eadem mens Peretio, Hic per mu-
lierem non sola intelligitur. Eta, sed omne genus mulierum deinceps omnibus secu-
lis futurum, sicut per serpentem, non ille unus duntaxat, sed vniuersum genus ser-
pentum intelligi deber. In Genes. 3. quest. 4. art. 52.

X. Atqui, inquit, magnus diuinæ iustitiae estimatur Jesuita, non responderet pœna peccato? Quia nam vero, inquam? Quia vnam ille mulierem decepserit? Vnam ille, ö fclus. Hie vnam, qui in vna omnes? Vix potuit quicquam magis Jesuiticum. Et tamen, si vnam damnum deceptam, quam quælo? An Mariam? At hæc vobis, si credimus, imo tibi, Gerarde, si credimus, nō est à serpente decepta: neque per se, quæ nondum extaret: neque in Eua, quæ nō contraxit peccatum originale. Quæ ergo illi causa odij in serpentem? Nam si proper alienam iniuriam, vbi illa futura est tam exacta iustitiae estimatio? Aut quis putet Eua nō fuisse exosum? Ergo non ab vna, sed à duabus falcis. Etia Maria sic uicit odissim ob alienam iniuriam, cur non & reliquis mulieribus?

DE PECCATO ORIGINALI.

58

bustimo eur non & vniuerso generi humano? Et quidem ob iniuriam, non
Eua peculiarem, sed in omnes ex æquo redundantem?

XI. At rufus. Non omnes mulieres semper vincunt: plurimæ etiam vin-
cuntur. Est ita sane. Quid tum autem? At ne iis quidem promissum ut vin-
cant, sed femini. Deinde est-ne corum qui victi sunt in victores odium nul-
lum?

XII. Denique Semen illud est vnicum, inquit, ergo & mulier. Inepta
consequentia. Ego contra, etiæ femen est vnicum; illud à quo contritum est
caput serpentis, tamen odium serpentis commune est omnibus mulieribus,
imo vniuerso generi humano. Taceo, non concedi à Gordono Jesuita, se-
men esse vaicum numero. Qua de realias dictum.

XIII. Atque hactenus de Minore. Quia tamen Latini Patres, ut dixi, corrupta illa Latinae editionis lectione delusi, hunc locum interpretati sunt
de Maria, nunc etiam Maiorem nego. Nec sane verum, doctorum ex mente
caput serpentis conterere, etiæ proprie nullo modo habere peccatum, siue
Diabolo nullo modo subiici, sed eum parturire, qui Diaboli caput contri-
uit. Eucherius in Genesim, *Quidam hoc quod dictum est, inimicitas ponam*
inter te & mulierem, ex origine, unde natus est Dominus, intellexerunt, eo quod
illo tempore ex ea Dominus nascitur ad inimicum denuncendum, & mortem,
cuius ille autor erat, destruendam promitterebatur. Nam illud, quod subiectum est,
Ipsa conteret caput tuum, & tu in similibus calcaneo eius; hoc de fructu ventris
Marie, qui est Christus, intelliguni, id est, tu cum supplantabis ut moriar, ille
autem vitor resurgent, & caput tuum conteret, quod est mors. Lucas Brugenensis
notationibus in hunc locum, ut serpentis caput contriuisse dicatur, quia cum
genitus contrivit. Quam mentem suisse puto Lyrano: *Quia per ipsam mediante*
j. iso suo, potestas demonis est contrita.

XIV. Secundum in hac Clasie locum habemus ab ipso Gregorio de Valen-
tia, atque alii, & quidem in primis. Iob 3. vbi de Diabolo dicitur. *Expe-
ctet lucem, & non videat, nec ortum surgentis aurora.* Qua verba Thomas ita
explicat part. 3. quæst. 7. art. 2. *Expectet lucem, id est, Christum, & non videat,*
*qua nihil inquietum incurrit in sapientiam, qua est Christus, ut dicitur Sa-
pient. 7. Nec ortum surgentis aurore, id est B. Virginis, qua in suo ortu à peccato*
originali fuit immunita.

XV. Sed hic præterieros & & nihil est. Primo his verbis maledicit
Iob nocti, in qua conceptus est. Itaque nihil dici poterat alienius quam in-
epitissimum illud Thomæ commentum: nam neque lux est Christus, neque
Maria aurora. Enimvero si credimus referenti Dionysio Carthusiano, videt
Thomas esse sensum literalem longe alium ab isto. *Nox decoratur spe diei,*
*quod remouens, addit: Exspectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis au-
rora, quia in tenebris eius nec finiantur per diem, nec minuantur per auroram,*
quod intelligendum est, sicut de die predictum est. Lyranus aliter paulo, *Vtinam*
*fuerit talis nox illa videlicet, quod homines pro horrore illius desiderassent lu-
cem diei, nec tamen videretur ab eis, nec etiam signum aurora surgentis, que pre-
cedit lucem solis.* Cathena Græca, *Verborum hoc est plena sententia.* Ne suum
stendorem impertiant, ne luceant, inquam, noctis illius astræ, sintque occulta o-
mnino, neve siderum necessitatem ostentent. Siderum cursus, quibus illa fuit nox
obnoxia, in utilis appareat. Sustineant, id est, cursum intermissionis, atque illumina-
tionem. Ita maneant, ut non appareant, neque cursum conficiant sicum, sed neq;
noctem illam lux excipiat, ut quispiam præteriisse illam sentiat. *Huc enim perti-
net illud, Non videat stellam matutinam orientem.*

XVI. En tibi Thomæ Diabolum, entibi Christum, en tibi Mariam. Mi-
ra res, potuisse virum non imperitum tam aliena somnia somniare. En tibi
ergo Gregorij nostri literalem sensum. Sed correxit, & huius loci literalem
dixit per metaphoram: addidit non absolum, quum seipsum Christus di-
cat esse lucem mundi, Ioan. 8. Et Ecclesia soleat per Autoram, intelligere
Virginem, ut Cantici 6.

XVII. Intelligo, *τοις ιδεογραφούσιν της Φερούλου*, qui in qua or-
ient, si in alias lumines inciderint voculas, indeque sibi coniuncti inui-
ctas demonstrationes. Ast sani negant sequi, si sese lucem Christus semel, aut
iterum nominari, nunquam lucem nominari, nisi pro Christo; multo mi-
nus, si auroram semel quis somniauit, esse Mariam, semper aurora nomine
Mariam venire. He, inquam, absurdissime sunt consequentia, nullique
vsi, quam ad vnueriam Scripturam peruerterem. Et quis tandem finis
dabitur in sani: Cui tamen si indulgendum, quæ causa erit, cur Thomæ al-
legorian, præferamus allegoriae Gregorij Magni, aut Alberti Magni, aut eti-
am Olympiodori, & Polychronij. Sed nimium immoramus tam leuiculis
nugis.

XVIII. Tertius locus est ex Matthæi 1. apud Salmeronem. Matthæus,
inquit, enarrans Genealogiam Christi, de parentibus Virginis verbum fe-
cit nullum, ut intelligas Mariam non à nobis considerandam, ut à peccato-
ribus productam, qua ratione debitum habuit peccarum originale incurrē-
di, sed ut Christi matrem electam, ac proinde exceptam ab omni peccato.
Describitur ergo sine patre & sine matre & sine genealogia, sicut de Melchi-
sedek testatur Paulus, & sicut in illo aliæ personam intelligimus, id est,
Christum in Melchisedek figuratum, ita B. Deipara cogitanda est, sine patre
& matre, ut liberam intelligamus ab omni labore peccati. Forma erit argumen-
tu: Quicunque describitur sine patre, & matre, & sine genealogia, is est om-
nino expers peccati. At Maria talis. Ergo expers peccati.

XIX. Primo negatur maior. Nam etiam Melchisedek, ut obseruat Sal-
mero monitus à Paulo, describitur in Scripturis sine patre, sine matre, sine
generatione: nec tamen illus existit hactenus, qui ausus sit ab omni illum
peccato vindicare. Nec vero Papistæ possunt, qui hanc, quæcunque est, im-
mittitatem vindicant tanquam vnius virginis priuilegium, nulli alii preter
eam concessum. Et vero, quam est ridicula huius majoris confirmatio? Ma-
ria describitur *αγοράζεται*, ut Melchisedek: Ergo sicut Melchisedek sig-
nificauit Christum, ita Maria fuit absque peccato. O ingenium, o acumen!
Lino peccas dato pueris ridentibus argumenta baculo ad angulum.

XX. Secundo negatur assumptio. Maria enim non describitur *αγοράζεται*,
sicut Melchisedek. Nam huius parentes, nulli vniquam vsquam no-
minantur in Scripturis, imo ne indicantur quidem, ut nullum prorsus argu-
mentum superfit, quo concludatur natus, nisi vnum illud vniuersale ab ho-
minis natura, quæ causa fuit Paulo eius ita appellandi: quamuis alioquin
certum, non esse natum instar fungi. At non tantum Maria nata est aliorum
hominum more, sed etiam nominatur in Scripturis eius genealogia. Primo

enim dicitur Elizabetha cognata, vnde necesse genealogiam utique esse
communem. Secundo, ostenditur filia Dauid, Abraham, quia Christus ex
ea natus, propterea dicitur filius Dauid & Abraham; Matth. 1. Quis credat
autem filij genealogiam ad parentem non pertinere? Tertio ipsa illa genea-
logia, quam Matthæus describit, & Lucas, & est genealogia Mariæ, & de-
scribitur propter Mariam. Quod ideo diserte obseruo, quia etiæ genealogia
Adami quæ describitur tum in Genesi, tum in Chronicis pertinet ad Mel-
chisedekum, tamen non describitur propter eum: ideoque recte à Paulo di-
citur *αγοράζεται*.

XXI. Describi autem hanc propter Mariam, non propter Josephum,
argumentum est, quia describitur propter Christum, qui a Josepho non est,
sed à Maria tantum. Erat autem Euangeliste ostendendum quia serie Chri-
stus ortum diceret ab Abraham & Dawide, quod omnino factum non est,
si nihil ad Mariam hæc genealogia, imo si non propter Mariam. Quando-
quidem nisi per Mariam nihil ad Christum attinere potest. Itaque Hiero-
nymus aduersus Hcluidium, *Virgo despontata dicitur, ut per genealogiam Io-*
sep, cui Maria cognata erat, origo quoque Maria monstraretur. Gregorius Neo-
cesariensis oratione 1. in Annunciationem, *μετανοείτω Λαόν φ, απέκει ποτίνει*
Μαρία, καὶ προσεργετοῦ Ἀγγέλον τοιούτοις συγχάλοις, εἰπεν τοι τοιούτοις
Δαστοῖς τοιούτοις. Non solum Ioseph, sed & Deigenitrici Marie testimonium perhibens
Lucas in diuinis Euangeliis, obseruat eam pertinere ad Dauidis familia. Quan-
quam non est necesse testes corrogare, cum in promptu sint quotquot scri-
pserunt in Matthæum & Lucam, cum Antiqui, tum recentes

XXII. Quartum locum valde vrgent Salmero, Gregorius de Valentia.
Gerardus, alij, ex salutatione Angelica Luca primo, vnde geminum argu-
mentum. Primum, quod dicitur *Gratia plena: Græce, εγένετο υπόπον.* Quomo-
do autem id potuit, si defuit hæc gratia, nempe immunitas a peccato, quæ
tamen dari poterat, quam etiam Christus promeruit, ut in aliquem eam di-
spensaret. Aut in quam personam magis, quam in matrem, quæ tam hono-
rifice ab Angelo tuit salutata: Secundum: Dicta est, *Benedicta in mulieribus:*
At quomodo, nisi vincat illas omnes priuilegio præseruationis ab origina-
li: Compingo argumentationis formam: *Quæcumque mulier est εξεργάσθη*
εργα, & beata in mulieribus, ea est expers peccati. At Virgo talis, ergo expers
peccati.

XXIII. Negatur maior. Et prius de benedictione, quia breuior expedi-
tu. Quomodo, inquit, benedicta in mulieribus, nisi vincat omnes priuilegio
huius præseruationis? Itane? Et sibi impune Jesuita putat licere quidvis po-
nere: Quin ergo concludit eadem vi argumenti præseruatatis itidem fuisse. Ja-
hel, & Judith. Nam vtraque codem honoratur elogio: *Illa Judicium quinto,*
hæc Judith 13. Quod si non audent, quid nunc sunt importuni?

XXIV. Enimvero, hæc comparatio ut vera sit, non est necesse, quicquid
est, aut esse potest benedictionis, concludi hac phrasí, sed ut tantus sit gradus,
quantum alia nulla meruerit. Sic Jahel, & Judith, merito præseruntur omni-
bus, quia nulli præterea, tanta laus, tantum glorie culmen obtigerat. De Vir-
gine autem quid dicimus? An excepta hac vna præseruatione, nihil habuisse
peculiarie, & non commune cum reliquis mulieribus, aut omnibus, aut mul-
tis? Scio non concessuros eos, qui non putant se posse esse nimios in Virginis
laudibus, imo iniurios in Christum, si de eius dignitate, non pauca commu-
nicent matri. Quid ergo querunt amplius?

XXV. Et sane, cum reliqua omnia decessent, hoc ipsum priuilegium,
quo facta est mater Dei, tantum est, ut nihil non excedat, quod non tantum
singulæ, sed omnes etiam mulieres habere vniquam potuerunt. Atque adeo
hæc vera causa est, ob quam ab Angelo benedicta pronunciatur. Zacharias
Chrysopolitanus, *Super omnes fœminas benedicta est, quam pariter Angeli &*
homines venerantur, tanquam Dei matrem & Virginem. Autor Sermon. 1. de
Tempore apud Augustinum, *Cum dixit, Benedicta tu inter mulieres, virginis*
*tatio eius benedictum fructum expressit, ut ex eo benedicta dicatur inter mulie-
res, quæcumque pergenerauerit virgo.* Caetanus, *Hoc quoque imprecatorie dicitum est, benedicta sis tu inter mulieres, & significatur, quod laudata erit super*
omnes mulieres, quod implendum esse ex conceptione filij Dei, ipsamet B. Virgo
postea explicavit, dicens: Ecce enim ex hoc me beatam dicent omnes generationes. Jansenius, comparans Judith & Mariam, *Illa benedicta in Deo dicitur est, pro-*
ppter singulare illam gratiam & fortitudinem, qua Holofernem perdidit. Hæc
vero ob singulare priuilegium nulli vniquam prestatum mulieri, nec vniquam pra-
standam, quo scilicet Deum parere meruit, & virgo simul est, & mater. Tol-
tus, *Tertiam causam gaudij, & mysterij partem pronuntiat. Benedicta, inquit,*
*tu in mulieribus: si etenim ex hoc, quod Dominus sit tecum, ut Filium concipi-
as & parias, quo cunctas benedictiones prolificas feminis factas exsuperes, & ante-*
cellas. Carthulianus, *Quia magis electa, maioribus gratia donis referta, & quo-*
dammodo, quasi infinita dignitate mox sublimanda in Filii Dei conceptione. Mitto alios.

XXVI. Superest *επειδή τοιούτοις.* In quo vocabulo triumphare sibi viden-
tur Sophistæ: quasi ipsissimum illud esset, totidemque literis scriptum priu-
ilegium præseruationis, tam animose disputant de vocula, cum alij, tuin Stapletonus ad festum Annunciationis in Promptuario Catholicæ. Latinus ver-
tit, *Gratia plena: non male, si rem ipsam spectes, non enim negandum B.*
Virginis, quod de aliis nonnullis dictum inuenitur, ut sint επειδή τοιούτοις. Actorum sexto, septimo, vndecimo. Sed non seruata tamen *επειδή τοιούτοις*, voca-
buli proprietate. Est enim gratia nomen, *επειδή τοιούτοις*, ut significet & eam quæ
à nobis est in alios, & eam quæ est ab aliis in nos. Cum tamen Græce nul-
la sit ambiguitas, quominus indicat Angelus, non aliquid in Maria, à Ma-
ria, quod cam reddiderit Deo gratiam, sed potius ipsum Dei amorem, qui
ipsam sit amplexus. Notauit Didacus Stella, explicans beneficis à Dom-
ino affectum, indulgentiis & immunitatibus decoratam, maiores fau-
ores & gratias à Domino consequatam, quam omnes quæ fuerunt, quæ
que in posterum sunt venturae. Ea fecit amphibolia, ut multi viri doct. al-
i Editione vulgata Latina discernerint, Erasmus, Calvinus, Beza, alij.

XXVII. Displicuit hæc eorum libertas Sophistis. Maldonatus, *Cum*
Angelus exquisuisse studiose verba videatur, quibus sanctissimam ornaret Vir-
ginem, quasi eius merita nulla oratione aquare posset, isti boni Argeli, qui nouum
nobis Euangelium nunciarunt, in querendis Laborant verbis, quiescunt ibi de illa
magni, nihil singulare dicere videantur, Stapletonus varietatem tuggit, Vi-
de, inquit, quam varius sensus his verbis affinxerit. Gratiosa, Bucerus: Gratiam
consequuta, Calvinus: Gratia dilecta, Beza Gratificata, & dilecta, Bucerius:
Gratia

Gratia Deo passione, **Sacerdoti**: Cui Deus faveat, **Loffius**: Accepta Castilio: Ingratiam à Deo recepta, **Hemingius**.

XXVII. Verum nihil mirum, si non omnibus vnum idemque verbum arriserit. Ita enim amat fieri: quum lingua Græca copiam & **χαριν** Latina æquare nequeat, ut hoc loco. Nullum est enim Latinis vnum vocabulum quod respondeat Græco **χαριν**, a quo suum Angelus deriuauit. Ac ne à Papistis quidem hoc peccatum alienum est, si est peccatum. Certe Stella probat Gratiosam: *Interpres*, inquit, *qui hic vertit, Ave gratiosa*, recte *translatis*. Salmero Tom. 3. tractat. s. Gratificatam, & Jansenius. Sed & **Caietanus**, *Hoc enim, inquit, passione acceptum significat dictio Graeca*. Et vero in tanta varietate, nemini quicquam legem præscripsit; Itaque potest quisque pro iudicio suo feligere.

XXIX. Et nos quidem gratiosam, siue Buceri, siue Erasmi potius, non admodum probare iam, opinor, Beza indicauerat. Ac sane Gratiosus apud Latinos is dici solet, qui suis meritis plurimum potest apud aliquem, puta populum, aut regem. Quod hic certe locum habere nequit. Ipsi Jansenio attestante, *Ea dictio, Gratiosa*, inquit, *Græca vocis significationem non adquat, non enim Angelus eam simpliciter salutat gratiosam* (hoc est acceptam, placentem, & gratam) *sed effectam gratiosam*, ut donum Dei significetur, quo facta est gratiosa, non enim ex seipso erat gratiosa, sed ex diuina benignitate dono. Sed hoc excepto nomine, reliquorum nullum est, quod non longe praeter illi quod est in vulgata editione, siue proprietatem vocabuli attendas, siue **χαριν**, quam viramque si assequatur interpres, praesertim quod sui est officii. Quanquam Bucei mens non est aliena à vero, cum expouat, *natura est gratiam apud Dominum*.

XXX. Enimvero, quid illud est, Angelum exquisuisse verba, quibus ornaret Virginem, cuius non possint merita vlla oratione æquari? An quia vocabulum **χαριν**, nulli præterea conueniat? Atqui, apud Paulum tribuitur omnibus fidelibus, primo ad Ephesios, *Ad laudem gloria sua gratias, et hæc in novis uigésim tertiis hæc in primis*, quia gratificauit nos (ita Vetus Interpres) in dilecto. Quod si vocabulum est commune, quo artificio excudent ex eo beneficium aliquod ita peculiare, ut nulli proflus alteri competit?

XXXI. Rursus, quid est quælo, nos de Virgine nihil magnum, nihil singulariter dicere? Audiat contra Didacum Stellam, qui, ut dixi, gratiosam manuit. Et hic sensus, qui germanus, & genuinus est litera, nihil à Virginis honore detrahit, immo ipsius honor maxime hac explicacione augetur, quia dicere illam esse gratiam plenam, si solum de gratia gratum faciente intelligamus, etiam de quilibet iusto dici potest, vel de infantulo solum octo diebus nato, qui iam Baptismum suscepit. As quod dicit Angelus, magnum fauorem illam obtinuisse erga Deum, maximum quiddam est. Et vero, qui vim exprimit verbi Græci, non negandus est id dicere, quod dixit Angelus. Itaque vel Angelus nihil eximium de Virgine dixerit, vel iij interpretes nihil de traxerint de Virginis priuilegiis.

XXXII. Sed audiamus Stapletonum vim verbi Græci rimantem. Id, inquit, proprie & vere significat Gratia plena. Ratio, quia **χαριν** significat, non solum gratifico, sed etiam implo, ut notauit ex Lexicis Edouardus Læus: quanquam Lexica Basiliensia, & Genevensia, sequantur Erasmi corruptelam. Sed & Chrysostomus ita docet, homil. 1. ad Ephesios, *καὶ χαράσθηται, καὶ οὐχ αἰσχύλος οὐδὲ φόβος*: *Quemadmodum enim si quis scabiosum queudam, peste, morbo, senio, paupertate pariter, ac fame corruptum natus, formosum mox adolescentem reddat, qui quoquis venustate superet, vehementem splendorem ex genis emittat, ipsaque fulgura oculorum repercuessimis obscuret, quem deinde & in ipsum etatis florem constituat, atque insuper, & purpura, & omnigeno mundo vestiat, atque ad amorem exornet, non aliter animam nostram Deus elaborat, & pulcrum, & desiderabilem at dilectam redditat, nec solum peccatus liberavit, sed & dilectos amicos efficit. Nam & Angelus, & Archangeli, & omnes Sancti ad huiusmodi animam introspicere desiderant. Ita videlicet nos fecit & gratiosissimos, & sibi ipsi desiderabiles. Tertio, Theophylactus, *χαριν*, *lu* interpretatur per illud quod Angelus subdit, *Inuenisti gratiam apud Deum, τέτο γέτις οὐχ οὐκ θέω*.*

XXXIII. Sed Stapletonus infeliciter disputat. Illud de Lexicis falsum, quicquid tandem obseruauerit ille nescio quis Læus, nimis **χαίδει**. Et forte non alia causa, quam hac ipsa controvertia. Nam Lexicon editum Antwerpia, procurante Aria Montano in Apparatu Bibliorum, **χαριν** gratiosum facio, gratum, siue charum reddo. Imo Janenius cap. 3. Harmonia, *Quod nos habemus gratia plena, Græca est χαριν*, participium passuum, a verbo **χαρασθειν** quod est gratifico, vel gratum facio, proinde ad verbum sonat gratifica-ta, hoc est, quam Deus singulariter & gratuito suo fauore sibi gratam fecit & gratiam habet. Et vero, quid opus testibus, quum res ipsa per se clamer? Aut quis Paulum, quum ad Ephes. dixit, Deum nos **χαριτου**, possit inflectere in eam sententiam? Nisi forte, qui tam pertinaciter contendunt pro Virginis prærogatiua, concedant, omnes fideles cum ea plenos gratia.

XXXIV. Nec Chrysostomus aliter: Non enim is de Virgine peculiari-ter, sed de omni anima fidei sermonem instituit, amplificans eloquentissime, & similibus effectis, gratiam qua Deus eam donat. Itaque non heret significacione Grammaticæ: nam illa potius causam significat eorum effectuum. At nos in Grammaticis sumus, neque culpamus, qui Mariam dicunt gratia plena, sed qui vertunt ita vocabulum Lucæ: quorum vitium hoc magnum est, quod præterita causa, quam præcipue indicatam Spiritus voluit, effectum solum exprimant, unde male famis ansa data est, alias & falsas causas assignandi, quum nos Scriptura hoc ipso vocabulo veram docuerit, nempe gratiam illam eandem, qua quoslibet fideles acceptat, & gratos habet. Quod peccatum tolerem fortasse in declamatore quedam: sed in interprete Scripturæ, in qua nulli apices mysterio vacant, nemo sanus proberet.

XXXV. Theophylactus optime, *πάντα χαριν* interpretatur **χαίδει**. Itaque, omnino censendum illud, ex huius phrasis sensu, que multis locis reperitur. Genesios 6.18.19. Exod. 33. & aliibi, quum de Deo sermo est. Sed & cum de hominibus, Genesios 30.32.33. Ruth. 2. prioris Reg. 1. & 16. Esther 2. & alias. Iis autem omnibus locis **Gratia**, **Hebraice** est **χαριν**. Itaque, quod bona pace dicitur sit viri magui, non videtur mihi **πάντα χαριν** Græce, esse **בְּרַחֲתָה**, sed potius **מִיחַנְגָּתָה**, ab eo themate, unde est **בְּרַחֲתָה**, gratia, ut vere sit, quod ait Salmero tom. 3. tract. s. illa quam gratuita sua bonitate Deus, gratam, & charam, & acceptam habuit. Nam **בְּרַחֲתָה** non inuenias exprimi

per **χαριν** nisi tribus tantum locis, Proverb. 10.11.12. tam infeliciter tamen, vt non sint inueniunt, qui imitarentur, excepto tertio loco, vbi Latina editio habet **gratiam**, nulla tamen necessitate. Significat autem Hebreis 13. non quomodo tandem Latinis accidit **μετανυκτισμός**, dona illa gratuita, quæ inhaerent alicui, quæque visitatus Græcis, **χαριν**, sed potius bonitatem, & misericordiam quæ in eo est, a quo sunt illa dona.

XXXVI. Atque hactenus de Vocabulo. Nunc ad argumentum facilis responsio. Nam, maior est falsa. Si enim quicunque est **χαριτωμένος**, idem est absque peccato: Ergo omnes fideles sunt absque peccato. Nam, si vere Paulus dixit Deum **χαριτωμένος**, fideles: Ergo nos vere dicimus fideles **χαριτωμένος**, id est, **καὶ χαριτωμένος**. At omnes fideles esse absque peccato, abhorret a vero. Contra potius, si **καὶ χαριτωμένος**: Ergo non sine peccato: Chrysostomo ipso auctore, quem citat Stapletonus, **καὶ χαριτωμένος απόλετος**, **απόλετος εἰπογγός εἰπεῖν**, Non tantum à peccatis liberavit, sed etiam amabiles effectit. Vrtrumque igitur **καὶ χαριτωμένος**, & absolutio à peccatis, & conciliata amabilitas. Quid idem exaggerat mira collatione seabiosi, morbidi, seclusionis, qua ostendit non a mediocre quodam statu, ad aliquantulo meliore, sed ab extremo ad extreum transire, ut ille maxime dicitur **χαριτωμένος**, cuius deploratissima fuerit in peccatis conditio. Vrapparet ne micam quidem salis in illis esse, qui **καὶ χαριτωμένος** non admittunt, nisi peccato nunquam mancipata.

XXXVII. Pulcro Theophylactus, *Ἄκατον τὸ μὴ πειρών τὸ γένος τῆς ἀληθείας*, *χαρασθεῖσα τῷ Θεῷ τὸ διάφορον τὸ φερόμενον τὸ στεφάνον*. Veruntamen, hoc quidem commune est: nam, multa alia gratiam inueniunt apud Deum (dixit autem id est **πάντα χαριτωμένος**). Quod autem sequitur, non ita: neque illud de conceptu Verbi. Et sane Latinus Interpres Actorum 6. Stephanum vocat **plenum gratia**, non exacte quidem ad verba Græca, nec emendante tamen Sexto V. Ne Salmerone quidem castigante.

XXXVIII. Præterea, **Plenam gratia** Veteres sunt interpretati, non de immunitate à peccato, sed de Incarnatione Verbi. Gregorius Neoæsariensis, orat. 1. in Annunciationem, *Πρεπόντας τοιοῦτον ἡ Αγέλος παρέβαστη πετρού τὸ χαριτωμένον*; *Καὶ τοσούτοις, παρέστησεν ἡ Φρεγάτη τοιοῦτον τὸ χαριτωμένον*. *Ἐν ταύτῃ τῷ φέροντος τὸν πατέρα τὸν Φεργύτην*. Comenienter Angelus Virginis, *primus omnium, illud, Ave gratia dilecta, Domus tecum, intimauit, quandoquidem cum ea esset inveniens gratia thesaurus, enim ex omnibus generationibus sola fuit Virgo sancta corpore, ac spiritu, solaque gestauit eum, qui Verbo omnia portat*. Idem orat. 2. *Χαρεῖ χαριτωμένην τὴν γένεσιν τοῦ θεοῦ τὸν φέροντα τὸν πατέρα τὸν Φεργύτην*. *καὶ μόνη Φρεγύτης τοιοῦτον τὸν θεοντα φέρειν*. Ambrofus lib. 4. in Lucam, de Salutatione Mariae, *Bene sola gratia plena dicitur, que sola gratiam quam nulla alia meruerat, conquisita est, et gratia repleretur aurore*. Hieronymus, in Expositione Psal. 44. ad Principiam, *Sancta Maria, quia conceperat eum, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, plena gratia salutatur*. August. Enchiridij cap. 36. *Hec quidem gratia plena, et inueniens gratiam apud Deum dicitur, ut Dominus, immo Dominus omnis mater esset*. Et id ipsum veile videtur Durandus in Rationali cap. 7. lib. 7. *Quando eam Angelus salutavit, de Spiritu S. concepit facta gratia plena*.

XXXIX. At Christus, inquit Salmero, hanc gratiam meruit, ut esset aliquis absque peccato originali, & meruit, ut dispensaret in aliquem, & in neminem debuit, potius quam in matrem. Ridiculi lusus, & **καὶ χαριτωμένος**. Promeruit eam gratiam Christus: Vnde sumptum Vbi lectum? Nam si est à sola Jesuitica meditationum Camera, quis non explodat? Nisi forte iij non explodant, quibus cordi nihil nisi præter cæcam obedientiam. At Catholici Christum sciunt venire, ut peccatores redimeret, non vero, ut qui ab Adamo nascerentur ordine nature, non essent peccatores. Annon enim disertum *Conclusit omnes in contumacia, ut omnium miseretur*, ad Roman. 11.

XL. Quintum locum notauit Salmero ex Virginis Cantico, *Quia fecit mihi magna, siue magna, qui potens est*. At quæ ista essent magna, siue magna, si essent communia cum aliis? Quasi argueret: Cui mulieri sunt magna ab eo qui potens est, ea est expers peccati.

XLI. Sed hoc axioma falsum est. Nam **τὰ μεγάλα** dicuntur quæcumq; mira sunt, & effecta diuinæ potentie supra ordinem naturæ: vnde Lucas Act. 2. restat Apostolos loquitos esse linguis **τὰ μεγάλα τὸ Θεόν**. Et Procopius hæc ipsa Marie verba exponens, *Fecit in me magna, et supernaturalia miracula, qui ad huiusmodi facienda potens est*. Fuit autem vere supra ordinem, & vere **τὰ μεγάλα τὸ μεγάλον**, quod datum ei fuerit concipere Verbum, & quidem Virginis, ut ei hoc unum fatus fuerit ad erumpendum in eam exclamationem. Nec aliter Veteres. Gregorius Neoæsariensis orat. 2. in Annunciationem, *ὅτι ποιήσεις μοι μεγάλα τὸ δικαῖον*, *τὴν αὔραν τὸν θεόν τοιοῦτον αὐτὸν θεούντος γέτοντος τὸ γένος τῆς ἀληθείας*. *καὶ πάλιν παρέθειντο διεφύλαξεν τοιοῦτον τὸν θεόν τοιοῦτον*. *Quia fecit mihi magna potens, et sanctum nomen eius*. Dei enim matrem efficiens me, Virginem tamen conservauit, & per meum vterum omnium generationum instaurat plenitudinem. Imo Malco latius. Ita solent Septuaginta Interpretates miracula vocare ex Hebreorum initia. *Magnum vero miraculū erat, ut sine viro, Deum hominē, Virgo conciperet*.

XLII. Iam, quod obiicit Salmero, quæ sunt communia cum aliis, non esse magna, primo quorsum? Nam si in conceptu Verbi subsistimus, esse is communis cum aliis, aut Virginis proprius: Deinde, falsum. Cur enim cessent esse **καὶ χαριτωμένος**, cum non cessent esse maxima, quæ Deus gratificatur fidelibus? Petrus primo secundæ, *τὰ μεγάλα τὸν θεόν*. *Εἰ τὰ μεγάλα τὸν θεόν τοιοῦτον*, *Maxima nobis ac pretiosa promissa donata sunt*. Tum autem, quæ **μεγάλα** loquebantur Apostoli accepto spiritu, ea nullius vnius peculiaria erant; sed omnibus fidelibus communia.

C A P. VI.

De Locis Allegoricis.

I. **A**Tque hactenus primus ordo locorum. Alterum constituit Gregorius de Valentia, eorum ex quibus probatur eadem Virginis prærogativa, iuxta sensum allegoricum, ob similitudinem figure, & rei representaz, asimil etiam per argumentum a minori ad maius.

II. Congerunt ergo aliquot figuræ Virginis in Veteri Testamento, quas ego singulas post video. Nunc obseruan iubeo. Primum non esse æquum, ut sibi quisquam figuræ singar pro arbitrio in mysteriis religiosis, sed accipiat ab ipsa Scriptura. Alioquin quid obster, quominus ex quolibet fiat quilibet? Nam & nos poterimus nonnullas communisci nostris commendo, & quandoquidem David proponatur figura Christi, inferre etiam matrem Davidis fuisse Matræ figuram. Deinde, quæcunque in Scripturis ipsiis proponuntur figuræ, consideranda sunt *xanthon*, nouero *ætatis*. Nam si David fuit Christi typus; & non tamen, quatenus fuit peccato obnoxius. Itaque non possunt figuræ erui quilibet consequentia.

III. His positis accedo ad figuræ. Primam vrgent Bellarminus, Gregorius, Valentinus. Argumentum est in hunc modum: Si terra, ex qua Adam formatus est, non fuit maledicta: Ego neque Maria, ex qua Christus, fuit obnoxia peccato. Probatur consequentia: Primo, quia primus homo fuit forma futuri, ex quinto ad Romanos, & decimo quinto prioris ad Corinthios. Probatur consequentia. Quia, quandoquidem Adam non est natus ex concubitu maris & feminæ, sicut & Christus; ergo hunc decuit ex terra similiter non maledicta, id est, ex matre Virgine, omnis maledictionis, propere que etiam peccati expertise, formata. Et confirmatur auctoritate S. Andreae Apostoli, cuius haec verba referuntur à Presbyteris Achaic in passione eius, *Sicut de terra immaculata factus fuerat homo primus, ita necesse erat, ut de immaculata Virgine Christus nascetur*.

IV. Respondeo, concebo antecedente, negari consequentiam. Quia Christi typus Adam fuit, non *ætatis*, quasi in omnibus, & per omnia, sed *xanthon*, & certis tantum circumstantiis. Chrysostomus, *mōs rōmos, φοῖσι*; ὅτι εἰς τὸν οὐρανόν τοῦτο εἶπεν, καὶ τοὺς μὲν Φαρισαῖς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἤγειρεν οὐρανὸν, τῷ Αἰγαλεῖ τὸν σαυρὸν πάντα νῦν ισαγέτε, *Quonodo typum dicit?* Quoniam, quemadmodum omnibus suis posteris, etiam si de ligno non comedissent, autor mortis exsilit, eius quo ob cibum illum indicata est: sic & Christus suis conciliator est infelix, quam omnibus nobis per crucem largitus est. Occumenius, *τὸν δὲ θεόν τὸν εἰς τὸν οὐρανόν τοῦτον εἶπεν, οὐδὲ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν οὐδείτε, τὸν δὲ Χερούλην τὸν αὐθόνον αὐτὸν οὐδείτε.* Typus videlicet a contrario. Sicut enim ille causa mortis hominibus, sic Christus causa resurrectionis hominibus. Theodoretus prolixus, *Adam autem appellavit Christi typum (ipsum enim vocat futurum) bac de causa, quod sicut ille, qui primus peccauit, mortis decreto subiectus est, & totum genus primum parentem secutum est: ita etiam Dominus Christus qui summam iustitiam adimplisset, mortis potentiam dissipavit, & qui primus ex mortuis resurrexit, omnem naturam hominum ad vitam reducit.*

V. Et vero abique testibus, facile hoc idem patet ex verbis Pauli. Hanc igitur cum habeamus tam manifestam, tam certam typi rationem, cur sibi homunculi permittunt obscurores vestigare? Cursibi Sophistæ licere auctum certiores profere: Videant, si sapiunt, quantis absurditatibus fenestræ aperiant. Nam erit qui similiter dicat: Aaron fuit figura Christi, Ergo Christum decuit nasci ex Concubitu. David fuit figura: Ergo Christum decuit nasci peccatorem, saltem ex matre peccatrice.

VI. Sed in altero loco ex I.ad Corinthios maior est audacia Sophistarum, *Factus est prior Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem.* In praecedente loco fuit non leuis peruersitas, sed hoc tamen fuso recta, quod Christi diceretur figura fuisse Adam. Quod quantum ex circumstantiis facile restringitur, tamen ita sacerdoti, & tractatores imprudentioribus imponit luxatis locis. At hic nihil opus vilis circumstantis. Nam ea ipsa Pauli verba manifesta sunt, quæ non dicant Christum Adamo similem, sed potius disparem, quod illi tantum anima viuens, huic vero Spiritus viuificans. Quis ergo sperasset vñquam futuros, qui ea impunitate, quandam in aliis rebus patitatem elicenter? Quasi quis diceret: Sol est thesaurus lucis temporalis, at Christus lucis æternæ, ergo sicut Solem, ita & Christum oportet esse orbicularis figuræ. Scilicet ex Japonicis Scholis, in Europam nostram deuicta est à Jesuitis nouum Dialectices monstrum.

VII. Secundo: quorsum illud, Adam non ex maris & feminæ concubitu? Imo, inquam, prorsus neque ex mare neque ex forma: At non similiter Christus, sed ex feminâ. Ad Galat. 4. misit Deus filium suum, factum ex muliere. Imo potius contrario ordine; Christus ex muliere, mulier ex Adamo. Sed enim, quid habet Bellarminus, quod respondat, quoniam dixerit, factum esse Adamum ex terra non maledicta, non quia non fit natus ex concubitu, sed omnino, quia non natus, id est, non factus ex muliere?

VIII. Tertio, ut demus, nasci debuisse Christum ex Virgine non maledicta, tamen nego inde sequi, hanc omnimodam exceptionem peccati. Quia non sit omnis peccator maledictus. Matthæi vigesimo quinto, *Venite, benedicti Patris mei. Esaiæ sexagesimo quinto, Semen benedictorum Domini.* Ac sane maledictio non peccatum est, est enim a Deo, sed pœna peccati, & quidem tantum pœna peccati. Itaque is non maledictus, cuius peccata Deus virtus non fuerit. Non vñscitur autem peccata fidelium. Itaque recte Virgo dici potest nunquam maledicta, etiam si non fuerit omnino expers peccati. Et vero ita cogit Bellarminus ipse interpretari, ut pote qui concedat non fuisse Virginem omnino expertem peccati, sed tantum à secunda sua generatione. Quod si est, tum vero excidit suo argumento. Nam terra illa, vnde formatus Adam, nullo modo experita erat maledictionem Dei.

IX. Secunda figura: Si Eua figura est beatæ Virginis, ergo Virgo fuit expers omnis peccati. Probatur antecedens ex Epiphanius heresi 78. & aliis multis. Probatur consequentia. Quia constat Euam sine peccato fuisse, quoniam primum formatæ est. Decebat igitur matrem omnium viuentium vita spirituali, sine peccato concepi; quoniam mater omnium viuentium vita animali, sine peccato condita fuerit.

X. Respondeo. Primo, negari antecedens. Quia nunquam Scriptura proponit Euam figuram Marie. *εἰ τοι μή γέγενεται μη πολυτελεγενήδηρος.* Quis enim audeat, Scriptura tacente, lequi? Aut quis nescit non esse cuiuslibet figuræ communisci? Ne Epiphanius, quantus quantus fuerit. Quanquam quis nescit solere Patres sapientissime expatriari in comparatione vñde cuncte quæstas, ac crebro curiosius quam solidius? Nec vero Mariam auditio à quoniam Apostolorum appellatam matrem viuentium vita spirituali, quemadmodum scio Euam dictam matrem viuentium vita animali. Et sane, n. 2. q.

Nam ab Eua vere vita animalis est in omnes posteros propagata, at non ita Maria spiritualis, sed ab eius filio.

XI. Probare tamen conatur antecedens Valentinus. Primo, Si Ester, Judith, Susanna, suis fortibus factis S. Virginem figurarunt, Veterum Patrium iudicio, quibus cognitum erat Vetus Testamentum nihil fuisse nisi vmbra figuramque Noe: Ergo & Eua. Secundo: Si est inter Euam & Mariam magna analogia: Ergo illa huius est figura. Probatur antecedens, quia Eua vocata est mater viuentium, & Maria, à Patribus eodem insignitur nomine. Et Deus dixit se posturum inimicitias inter serpentem & lemen mulieris, id est, Mariæ. Denique, si Adam fuit typus secundi: Ergo & Eua Mariæ.

XII. Respondeo ad primum, negari antecedens: nam primo, nullo iure Patres poslunt figuræ pro arbitrio instituere. Secundo, Patres nullos citat Jesuita. Tertio, falsum est nihil fuisse Vetus Testamentum, nisi vmbra & figuram Noe. Non enim ita Scriptura, non ita Patres. Dixit quidem Paulus ad Hebreos 10. Legem obtinuisse vmbra futurorum bonorum, sed id longissime abita Valentino, primo enim aliud est, nihil esse nisi vmbra, aliud obtainere vmbra. Secundo, vmbra erat futurorum bonorum, id est, interprete Salmerone, coelestium, & æternorum, quæ in patria sunt, non vero historiarum, quæ in hac vita accidentiunt. Tum autem bonorum non peculiarium huic illive, sed communium omnibus fidelibus. Denique lex, nimirum ceremonialis, cuius pars erant sacrificia, & quæcunque ad sanctificationem pertinebant: At non omnes partes historiæ, quæ Ecclesia sub Veteri Testamento statum describit.

XIII. Ad secundum, negatur consequentia. Non enim quicquid similitudinem quandam habet cum alio, est eius typus, siue figura: quo sensu, nunc iis vñmū vocibus. Confirmationis ratio prima nihil concludit: nam Patres, si qui vocarunt Mariam matrem viuentium, sibi ipsis nimium indulserunt. Et Epiphanius (qui forte solus) ita explicat, ut similitudinem manifeste corrumpat: Mariam esse matrem viuentium, quia vitam pepererit, quod certe nihil ad Euam, quæ viuentes tamen peperit, & non vitam, ut manifesta iam sit dispiciatis: Maria enim vitam peperit, non viuentes: Eua viuentes, non vitam. Altera ratio etiam futilior. Quia, ut prius disputatum, mulier illa non est Maria, sed genus muliebre, itaque Eua dicenda esset figura cuiuslibet mulieris. In terra, negatur consequentia, ut prius.

XIV. Merito negabatur ergo Antecedens. Nunc iterum negatur Consequentia Nam, ut alias, non dicitur de figurato, quicquid est in figura. Atque adeo, cur non id ipsum de Maria concludunt, quod in Eua coguntur agnoscere. Nam Eua prima initia prorsus peccato caruisse, certum. At de Maria ne Bellarminus quidem asserit, imo concedit primam conceptionem fuisse similem reliquis ab Adamo. Præterea, tota huius conclusionis vis independet, quod Eua fuit mater viuentium. At Epiphanius diserte notat, sic appellat, post peccatum. *Ἐξαὶ μὴ τὸ μῆτρα ζωντανὴν τοῦ μετὰ τὸ ἀκούοντος, γῆς, τοῦτο γένους ζωντανόν, μετὰ τὸ δέοντον:* Illa quidem, sic enim legendum est, non *εἴη*, vocatur mater viuentium, etiam postquam audiuit, Terra est, & in terram redibit, post transgressionem. Quod ipsi habuit ex serie contextus Mosaici. Quod si peccatum non oblitum, quoniam Eua diceretur mater viuentium: quoniam Ena mortis esset causa, quid obstat, quoniam Maria pepererit vitam, propter quam appellari poslit (si possit) mater viuentium, & tamen concepta sit in peccato?

XV. Nam quod Valentinus vrgit, ita nominatam Euam ante peccatum, hoc argumento, quod alioquin caritura fuisse proprio nomine, ridiculum est. Primo, quid atrinet rationes querere, cum confiteatur factum? Ante peccatum vocata est a viro Ischa virago: post acceptam maledictionem Eua. Id dicitur notat Moses. Secundo, fallum est, non habuisse proprium nomen. Nam potuit ei tam proprium esse Ischa, quam viro Adam, quia ut hic primus homo, ita illa prima mulier, siue virago. Maxime, cum nomina propria distinguant individua eiusdem speciei. At ante peccatum, ea duo sola erant individua, itaque satis superque erat distinctionis in Adam, & Eua nominibus.

XVI. Præter has Adami, & Eua figuræ; addit alias Gregorius de Valentia, omislas à reliquis: Paradisum, autore Petro Damiano, de quo fons ascendebar irrigans viueram superficiem terræ: nihil autem habuerit in se plantatum noxiun, aut lethiferum. Item, Arcam Testamenti, ad afferuandum Mannam: factum ex lignis Sethim incomputribilibus. Rursus, Thronum Solomonis, ex ebore mundissimo, & candidissimo. Denique virginem Jesse, Esaiæ undecimo, de cuius radice, id est, visceribus, verus flos & salutaris ascendit.

XVII. Sed in his omnibus commune peccatum est, audacia in fingendis figuris, quam quis non ridebit fabus? Sed & singulis propria. Nam, quoniam Paradisus, Maria, cum in Paradiso, intra Paradisum, inquam, Adam & Eua, & arbores, & animalia quæcunque, fuerint constituta? An etiam in Maria similiter? Rursus Paradisus, in quo deliciis Adam fruebatur, an & in Maria homines salutem adepti? Et in alia. Quid: quod fons ille, non fons, ut male est in Editione Latina, sed vapor nec è Paradiso, sed è terra: Sic enim distinxit Moses, & quidem nulla dum facta Paradiſi mentione.

XVIII. Thronum vero Solomonis, quid attinebat nominare? Christus verus Solomon. Agnosco. Sedebat in throno Solomon. Esto. Sed Christum in Asia sedere quis dixit? Non sane Scriptura. Et quæ ratio? Nam, vel conceptum supponis, vel fidem. Si conceptum, quid hic habet simile accidentiarum affectioni? Si fidem: at quæcunque est per hanc coniunctionem cum Christo, inhabitatio potius dicitur, quam infusio. Ebor, mundissimum, & candidissimum, fateor. Sed non per gratiam, & ab ipso suo primordio. Non sic Maria.

XIX. Arca Fœderis; primo habuit manna per accidens, proprium enim signaculum Fœderis. Itaq; non ex imputribilibus lignis propter manna. At vobis Maria immaculata propter Christum. Deinde Imputribile, melius morti opponatur, quam peccato. At mortem sensit Maria. Rursus imputribilia, ligna per naturam: at non Maria sic immaculata, alioquin etiam in prima conceptione, quo usq; nondum progressa est Sophistarum audacia.

XX. Radicem Jesse aliqui interpretantur ipsum Christum, eundem etiam florem. Cyrillus, *Virgam*, inquit, *nominavit Christum ex radice Jesse iuxta carnem: & præterea etiam florem.* & per virgam eum regiam dignitatem habere, oblique subindicare videtur. Et post, *Ebor vero rursum, quoniam hominis natura in illa ad incorruptionem, & ad vitam, & ad nonitatem conuersationis*

Euan-

Evangelica floruit. Olympiodorus in Canticum cap. 12. Virga Aaron, quam germinasse credimus, nuces protulit, gerens signum Salvatoris Domini Iesu Christi, qui virga fuit, egressus è radice Iesse. Similiter Judæi, teste Hieronymo. Hoc si est, nullus typus Mariæ. Fateor tamen Hieronymum, Augustinum, alios virginem intelligere Mariam, ex eaque florem Christum. Sed quid ad peccatum? Oportuit, inquit, rectam esse. Quasi, inquam, nulla sit virga nisi recta. Quasi non recta, etiam, quæ rectificata, id est, sanctificata.

C A P. V.

De Locis accommodatis.

I. **T**ertius ordo superest locorum, qui non temere, inquit Jesuita, ab Ecclesia, ipsa, vel à Sanctis Patribus ad B. Virginem accommodatur. Spiritualiter. Non satis comode tamen, apte, & decenter, nisi intelligamus fusile semper purissimam, & per gratiam singularissimam: Hic primas tenet Canticum Cantorum, cuius haec verba, Sicut lily inter spinas, sic amica mea inter filias. Tot a pulchra es, amica mea. Et macula non est in te. Hortus conclusus, soror mea sponsa, portus conclusus, fons signatus.

II. Sed hic attendo consensum disputantium. Gregorius accommodari locum dixit Virgini. Delrio, Ratum mihi, inquit, non debere sic de Ecclesia intelligi, ut vel B. Virginem Mariam, vel quamlibet iusti animam excludamus, nec sicut rufus de B. Virgine, vel quavis anima iusti, ut non id præcipue de Ecclesia uniuersa dictum putemus. Bellarminus: Tametsi, inquit, de Vniuersa Ecclesia, qualis præsertim est in ecclesiis, intelligi posset: tamen B. Virginis quoque conuenire, negari non debet, quem multi Sanctorum ita exposuerint. At Gerardus: Cuicunque mulieri proprie & liberaliter dicitur, Tota pulchra es, ea omnino expers fuit peccati. Vbi attende audacia gradus. Gregorius dicit accommodari: debili & fracto vocabulo, certe timido, & significante, non esse hæc per se dicta de Virgine. Delrio, de Maria quidem, & qualibet anima iusti, sed præcipue de Ecclesia. Bellarminus vero, posse de aliis intelligi, quasi diceret, communicari quidem aliis, sed præcipuum ius esse Virginis. Tandem Valentinus, iteraliter de Virgine dici: Adeo verum, non ibi exempla confistere, vnde cooperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime euagandi sibi viam facere, & vbi semel recto deerratum est, in præcepis perueniri.

III. Sed vim argumenti audiamus à Valentinio: Cuicunq; mulieri proprie & literaliter dicitur, *Tot a pulcra es, amica mea, & macula non est in te;* hæc omnino expers fuit peccati. At ea verba dicuntur Virgini Mariae. Ergo hæc expers omnino fuit peccati. Probat maiorem. Nam ea verba sumenda sunt ad literam, tantumque valent quantum sohant: at peccati, quantum uis exigui, ea vis est, ut animam deformet. Probat minorem, quia totum Canticum de Maria Virgine sunt interpretati, Rupertus, Alahus de Insulis, Hailinus, Dionysius Cærthuisianus, Picus, Delrio.

IV. Respondeo, posse illud intelligi proprie, & literaliter, gemina notione dici, alias adaequate, ut de vno aliquo, nec de alio. Sic illud, *Ecce agnus Dei*, de Christo. Et illud, *Fides tua te saluificat*, Matt. 9. de haemorroisfa. Alias generaliter, quum sensus verborum est generalis, lateque patens, vni cuidam ex ea vniueritate applicatur. Sic ad literam de Paulo verum est, *Qui vos audit, me audit*. Et de Joanne, *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis*, & mille eiusmodi. Quanquam vñus Theologorum is est, ut priori potius notione, illud proprie, & literaliter vñsurpet.

V. Si ergo fcluitæ sumant dici literaliter de Maria Virgine, priori sensu, hoc est, adæquate : negatur argumenti minor. Nulli enim vñquam Patres, ita sunt interpretati, sed tantum recentissimi : quorum antiquissimus Ruper-
tus, vix ante annos quingentos, & non nisi idololatria plene iam confirmata. Et exstant tamen non paucorum in eum libellum lucubratiōnes ex professio.
Et nos eum sensum amplectamur pro vero, proprio, literali, qui tam sero in
meitem venit?

V.I. Exposuerunt autem Veteres de Ecclesia, siue de unaquaque anima fideli. Athanasius in Synopsi. "Εἰ δὲ ὁ λογοθέατος τοῦτο ἀγλεῖσαν πάντες τοὺς μαλακούς (debet hic αὐτὸς τὸν λόγον) εἴη καὶ δόλος τοῦ αὐτριπίνης γένους τὸν λόγον, οὐδὲ τὸν τοῦ διδύμου εὐαληπτούς αὐτὸς αὐτὸν. οὐδὲ τὸν λόγον πάλιν αὐτὸς αὐτριπίνης γένους. Libellus hic plenius est alloquiorum, Veteris populi & generaliter humani generis, Ecclesiaeque ex gentibus ad Verbum, & rursus Verbi ad eandem, & ad genitum humanum. Gregorius Nyssenus. Per ea que hic scripta sunt, ornatur quodammodo anima tanquam sponsa, ad incorpoream, & spiritualem, materięque expertem Dei coniunctionem. Et post paulo. Per Canticum Cantorum mystice introduxit cogitationem ad diuinam adytam, in quibus id quidem quod inscribitur, est apparatus nuptialis, id autem quod intelligitur, est humana anima & contemptatio. Propterea iste sponsus, qui in Proverbii nominatur Filius, & Sapientia locum tenet sponsa, ut Deo homo despondeatur, casula virgo, & Deo agglutinatus, fiat unus spiritus, per contemplationem cum eo quod est ab interiori alienum, & imparabile, pro carne Maria effectus pura intelligentia. Psellus apud Theodoretum. Canticum Cantorum eleganter admodum, & sub specie ac figura quadam nuptiarum, tradit humana anima & perfectionem. Sapienter enim proponit Christum sponsum, sponsamque itidem animam sponsi amore languentem, atque inflammataam. Theodoretus ipse. His carminibus (videlicet aliorum sacrorum Cantorum) regis vitoriam celebrant Prophecia, eumque laudibus effuerunt, quod captiuos vindicavit in libertatem. At Canticorum Canticum nuptias illius describit, & sponsa amorem explicat. Sponsam autem appellat eos, qui in superioribus canticis e seruitute liberati commemorantur.

VII. Sic Græci. Latini haud aliter. Autor Commentariorum, qui inter Origenis opéra. Philo Carpatherius, Justus Orgelitanus, Aponius, ne omnium recensendis verbis superflue immorer Catholicis. Ergo certum, Canticum Canticorum adæquate intelligendum de Ecclesia, huic anima fidelis. De Virgine autem quid? Certe & de ipsa. Intelligendum, inquit, de Virgine Maria Canticum Canticorum literaliter: at non adæquate, sed tantum, quatenus ea est anima fidelis, & pax veræ Ecclesiae. Atque ita, consentimus Bellarmino, negari non debere hoc Canticum cōnuenire B. Virgini.

VIII. Sed si id satisfacit aduersariis, tum negatur argumentum maior. Nam alioquin, omnem omnino animam fidelem oportet faisse experientem peccati. Atque ita, non iam nullum esse Virginis priuilegium, ut Papista

que tra , non
Tom. III.

contendunt, sed communem gratiam omnibus fidelibus, quod illi non
quam sunt concessuri. Itaque longe satius & sanius, concesserint hoc, quic-
quid est, dictum, in Cantico, nihil significare huiusmodi. Et vero audiant
Aponium lib. 7. Formosa predicatur, formam eius imaginis, in qua creata est,
in anima reformando. Immaculata laudatur, quod deposita vetere antiquaque
consuetudine criminum, & istola sacro sancti Baptismatis semel induita, immacu-
late vivendo, ultra se non maculauit. Et lib. 6. Tota pulchritus. Fides est nam-
que recta, in qua Christus iussit Apostolos baptizare omnes gentes, in unitate
Trinitatis, & vita immaculata, qua totam pulchram, & ab omni macula de-
tersam Ecclesiam, vel animam reddit.

IX. Est autem hoc loco immane Gérardi mendacium. Magna pars Interpretum, inquit, obseruant, non posse proprie, nullaque vi verbis facta intelligi de Ecclesia militante vniuersita. Nam qui illi, inquam, Interpretes? Nullius-neillii nominis? Factum male, atque haud ita oportuit. Sed nimirum Jesuitas nimis parum pudet. Sed cur non de Ecclesia militante, quam etiam Sanctam indigerant Scriptura? Audite Gerardum. Quia multas in se includit maculas; nec exiguae tantum, quin etiam magnas.

X. Ita est, inquam: At non propterea non est sancta, id est, pulchra, & sine macula. Nimirum, quia non imputantur illæ maculae, sive parua, sive magna, immo condonatae sunt per Christum. Ad Ephesios 5, Christus dilexit Ecclesiam, & semet ipsum exposuit pro ea, ut eam sanctificaret, postquam eam purgasset lauacro aqua per Verbum, ut sisteret eam sibi glorificari. Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed ut esset sancta & inculpata. Ex quo loco Theodoretus, & Iustus Orgelitanus interpretantur illa verba Cantici, Gregorius Magnus in 5. caput Cantici, Cum scriptum sit, nemo vivit sine peccato, nec infans, cuius vita est unius diei super terram, quid est quod sponsa tota pulchra esse dicitur, in qua macula non habetur? Alibi quippe scriptum est: Stella non sunt mundi in conspectu eius. Et alibi: In multis offendimus omnes. Et Iohannes Apostolus ait: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, mentimur, & veritatem non facimus. Sed dum sancta anima à peccatis quotidianis, se per paenitentiam mundat, dum quotidie peccata minute cum lacrymis abluit, & à maioribus se obseruat, quamvis frequenter peccet, per assiduum tamen paenitentiam munditiam suam assidue seruat. Hinc enim alibi prescipitur: Semper sint vestimenta tua candida, & illud: Iustus autem ex fide vivit. Quamvis enim mox, ut peccat, a iustitia denier, tamen dum semper credit in eum qui iustificat impium, & assidue sub eius fide peccata sua deflet per assiduas suas ablutiones, iustitiam suam reiunet. Quare non est verum, hoc quicquid est in Cantico, inferre exemptionem ab omni peccato.

XI. Implebat hunc accommodatiorum ordinem hic locus ē Cantico, nisi subueniet Salmero, & ex Proverbiorum citaret postremo capite, *Miseremur fortē quis inueniet?* Rem, inquit, difficultem, non tamen impossibilem. Adeſſe enim, nimirum redemptum meliori modo, ut nūquām rueret. Protul esse, & de vltimis finibus pretiū eius, id est, de supremo charitatis gradu, & de vltimo pretij valore.

XII. Euge, quam *prolaus*, quam *καστοληπτως*. Sed non potest hoc Salomonis canticum ad literam esse de Virgine. Nam in eius fortis mulieris laudibus, explicantur quæcumque pertinent ad oecconomiam. Inde lana, linum, domestici, cibaria, vestes, byssus, purpura, & similia, quæ ad literam locum nullum habent in Virgine. Ergo *αλιγαρχως*? Nullum argumentum. Constat enim inter omnes ab allegoriis non nasci demonstrationes. Deinde, si placet allegoria, cur Jesuitis, qui letantur iactant adimitatores antiquitatis, displicuit antiquitas, quæ Mulierem interpretatur, ut in Canto Canticorum, Ecclesiam, siue animam? Autor Commentariorum, qui tribuunt Hieronimorum. Mulier fortis Ecclesia Catholica vocatur, mulier videlicet, quia spirituales Deo filios ex aqua & Spiritu Sancto generare consuevit, fortis, quia cum ea secuti aduersa simul & prospera pro conditoris suis fide contemnit. Lyranus. Exponitur communiter a doctoribus nostris de Ecclesia, quæ metaphorice dicitur fortis mulier, & sponsa eius Christus: Filius amatus, & filius populus Christianus in utroque sexu, & dicunt quod iste est sensus literalis. Carthusianus Carmen istud Venerabilis Beda pulcre expedit, ex cuius expositione Glossa ordinaria quasi tota velletur accepta. Atque, ut Beda faciet, in Canto isto Salmon plene descripsit virtutes, ac merita totius Ecclesie, similes cuiuslibet anima.

XIII. Ettamen, quid obtinet, si locum concesserimus intelligi de Virgine? Nam in eo nihil est prorsus, vnde elici possit omnimoda immunitas a peccato. Fotti enim Epitheton, alio pertinet, consideratur enim fortitudo in tolerantia rerum aduersarum, & fuit in plurimis sanctis, a quibus hoc abest priuilegium quam longissime.

C A P. VI.

An consentias Ecclesia Virginem Deiparam esse peccati immunem.

I. Atque ita illi ex Scripturis disputant. Nunc ex Patribus, & consenserunt Ecclesiæ. Patres citant Origenem, Cyprianum, Athanasium, Ambrosium, Basilium, Hieronymum, Augustinum, Chrysostomum, Sedulium, Aratorem, Sophronium, Damascenum, Idiotam, Petrum Damiani, Brunonem, Anselmum, Hildephonsum, Bernardum.

II. Respondeo. Primò, mirari me, qui factum sit, ut tantum nunc auctoritatem patrum, aut Ecclesie consensum viderint Papistæ, quem nullum Scholasticis poterant obseruare. Nam neque alii solent Patres veteres laudare, eius sententia et auctores, approbatoresve: Et Nicolaus de Orbellis diserte in terri sententiarum distinctionem tertiam, quæstione prima: *Fuit antiquorum doctrinam communior opinio, quod si sit ei quod concepta fuerit in originali. Melchior Canus libro septimo, capite tertio, negat Scripturis constare, & Ne vero, addit, dicti potest per traditionem Apostolicam, id in Ecclesiam descendisse quum huiusmodi traditiones, non per alios quam per Episcopos. & sanctos auctores Apostolis succedentes, ad nos usque pervenerint.* At constat prius illorum Scriptores non id a maioribus accipisse. Sed capite primo luculentius. Sancti omnes, qui in eius mentionem incidere, uno ore assisterarunt, beatam Virginem in peccato originali concepianam. Joannes de Turrecremata de Con-

eratione distinet. 4. ad Canōhem firmissime, quæst. 3. cum recitasset ex Bonaventura hunc dicendi modum esse communiorē, tum addit, *Plane verum dicit hic clarissimus doct̄or, quod haec communior sit inter doct̄ores, qui clarissimi in Theologia floruerunt; quod apertissimum erit, si quis voluerit excellētiorum doct̄orum, tam scribentium super Sententias, quam exponentium Sacram Scripturam, dicta perquirere, reperier quasi omnes hoc tenere.*

III. Secundo, distinguendæ sunt etates, quin aliter, tum maxime ex proœctu Idololatriæ. Neque enim dubitandum, hic, ut in aliis non paucis, immutatam, vt doctrinam, sit & phrasim. Itaque nunquam agnoscunt Catholicæ in ea Controuerſia locupletes testes, recentiores illos, Damascenum, eique *οὐρανίους*, aut *μεταγενέσεις*. Quanquam enim ipsi in hanc Papistarum sententiam non deuenerint, tamen ita fuerunt affecti, vt multa dicerent & de reliquis Sanctis, & de Virgine, quæ à Scripturis non disicerant. Ita remouendi simul & scimel Damascenus, Sophronius, Idiota, Petrus Damiani, Bruno, Anselmus, Hildephonsus, Bernardus, & similes.

IV. Tertio Basiliij, & Chrysostomi Liturgias nemo sanus pro genuis agnoscat. Nam illæ profecto aut illorū nunquam fuere, aut ita interpolata, vt quid abiis sit, dignosciri nequeat. Et cur non hic vitamur eadem exceptione, qua & Bellarminus ad Liturgiam Jacobii: *Non omnia, quæ in Liturgia habentur, de prompta sunt ex Domini exemplo, constat enim multa addita esse ab aliis.* De Eucharistia libri quarti capite decimo tertio. Neque Cyprianus funt tractatus illi de Operibus Christi Cardinalibus: nec eius nomine citantur à Bellarmino. Ne Hieronymi quidem, Commentarij in Psalmos. Non Athanasij sermo ille de sanctissima Domina nostra Deipara, teste Baronio, Tomo primo ad annum quadragesimum octauum, paragrapto decimo-nono.

V. Sed nunc singulos examinemus. Origenem à Bellarmino nullo loco
habitum, Salmero non omisit. Homilia prima in diuersos. *Audite, quod Vir-
go in utero accipiet, non ex desiderio partium concipiens, qua neque persuasione
serpentis decepta est, neque eius afflatibus venenosis infecta.* Respondeo primo,
non videri Origenis tractatum, idque propter styli dissonantiam, interpre-
tatur enim tantū *inimicorum*: imo vero non interpretatur, sed nuda fere pa-
raphrasi proposita verba amplificat, etiam frigidas synonymias congerit,
quæ non solent inueniri apud Origenem. Tum autem secunda homilia; A-
rianos nominat. *Hic namque error, inquit, per verbum perfidos intusisti Ari-
anos.* Qui tamen Origenis tempore nulli erant. Secundo, quæ recitatuit Ver-
ba, dicuntur de Verbi conceptione, & seruiunt explicandis istis: *Virgo in utero accipiet.* Itaque sensus est, in concepido, Virginem nihil sensibile pecca-
ti, quod tamen omnes patres testantur maxime tolerare se esse exercere in eo a-
ctu in reliquias mulieres, ideoque opponuntur persuasio, & afflatus vene-
nosii serpentis, prædicationi Angeli, Prophetarumque testimoniis. Hoc
enim additur, quod celavit Salmero. *Sed Virgo in utero accipiet, predicatio-
nem Angeli suscipiens, Prophetarum testimonia assumens.*

VII. Cyprianus. Imo non Cyprianus, sed quicunque autor est Sermonis de Natiuitate, quem Bellarmiuus, & Vasques s. demum loco numerant, post Ambrosium. Hieronymum, Augustinum, Sedulium. Sed ille tamen: Non sustinebat iustitia, ut illud vas electionis omnibus lassaretur iniuriis: quoniam plurimum à ceteris differens, natura communicabat, non culpa. Sed hæc mutila recitantur. Nam ex integris apparet sensus facillime. Vltro maturus ab arbore baiula fructus elapsus est: nec oportuit vellicari quod sponte prodibat. Significat peperisse Mariam absque doloribus, tum causam subiicit: Nihil in hac re petiri vltio, nec precedens delectatio aliquam expetiit pœnarium usuram. Spiritu Sancto obumbrante incendium originale extinctum est, ideoque innoxiam affligi non decuit, nec sustinebat iustitia, ut illud vas electionis communibus (sic enim legit Pamelius & recte) lassaretur iniuriis, quoniam plurimum à ceteris differens, natura communicabat, non culpa. Docet, inquam, nullos fuisse dolores. Quam ob causam? Quia nulla fuerat præcedens delectatio, nimisram in conceptu, Quia Spiritu obumbrante incendium originale extinctum erat. Hoc vero quid est? Si continuat orationis filum, incendium originale est illa ipsa delectatio, qua in mulieribus, quum concipiunt, & est à natura. Itaque sensus facilis nihil in ea conceptione fuisse, quod peccatum oleret originale. Nam Spiritus obumbratio pertinet ad conceptum. At id nemo negat Christianus. Et postrema verba non aliena, natura communicabat, non culpa, nimisram, quia conceperat, quæ natura est mulieris, & tamen sine peccato, quæ culpa est aliarum. Hæc facilia. Et ytimportunissime vrgeas, tamen non asseritur ab omni peccato semper immunis, in qua dicitur extinctum originale, Spiritu obumbrante, id est, cum conceptum est Verbum.

VII. Ambrosius, Sermone 22. in Psalmum 118. *Suscipe me non ex Sara, sed ex Maria, ut incorrupta sit virgo, sed virgo per gratiam ab omni integra labore peccati.* Atqui horum verborum quis sit sensus non facile percipio. Nam quid illud est, *Suscipe me ex Maria, ut sit incorrupta virgo, & virgo per gratiam, & ab omni integra labore peccati?* Concedet ne aliquis ideo Mariam futuram Virginem, it Ambrosius, sive David, ex ea suscepimus esse? Hæc mihi quidem ænigmata sunt. Nisi forte hæc non ad Mariam, sed ad præcedentia referantur, *Suscipe me, inquit, in carne qua in Adam lapsa est. Suscipe non ex Sara, sed ex Maria, ut incorrupta sit virgo, sed virgo per gratiam, ab omni integra labore peccati.* Vt sensus sit, *Suscipe me in carne peccati, &c. Suscipe ex Maria, ut illa caro peccati, mea, fiat virgo per gratiam, & immunis ab omni labore peccati, nimis pura per remissionem.* Viderint alii, ego sane nihil aliud video commodum. At idem paucis versibus ante, & quidem dictere, *Nemo sine peccato.* Negare hoc sacrilegium est. Solus enim Deus sine peccato est. Et vere Vasques hoc argumentum non probat, & illud, *Suscipe me, interpretatur prolopopociam esse humanæ naturæ, assumendæ à Christo.*

VIII. Basilius Chrysostomusque in Liturgia inquit Salmero , s̄e
vocant Virginem Sanctissimam , intemeratam , uncontaminatam , supero-
mnes benedictam . Esto , inquam , vocant παναγίαν , ἀρχαντον , ἵστερον λογ-
ιόπλευ . Quid tum ? Atqui παναγίας & ἵστερον λογιόπλευ , nihil ad rem . Ἀλλα
non magis . Epiphanius enim hæresi 78. μητέρα μή τε γεγονάν , inquit ,
Διὰ τὴν οἰνορράκιαν . αὐτὸν δὲ Διὰ τὴν οἰνον τὸν αὐτὸν πελεῖ , καὶ τὸ σκότος
τοιαῦταν εἶναι . Quia quidem mater fuit , propter dispensationem , id est , incar-
nationem , at impolluta , propter eius nempe Christi honorem , & receptacu-

*lum mirabile, Vt ostendat ~~aggrav~~ dici, ea ratione, qua matrem: nimurum
propter intemeratam virginitatem.*

IX: Hieronymus, huc est potius aliud, non enim certe Hieronymus. Is igitur in Psalmum septuaginta septimum, nubem diei, interpretatur Mariam, quia nubes illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. Imo totum locum exscribam. Nubem leuem; aut proprie Salvatoris corpus debemus accipere, quia leue fuit, & nullo peccato prægrauatum est: Aut certe nubem leuem, debemus Sanctam Mariam accipere, nullo semine humano prægrauatam: Ecce Dominus venit in Aegyptum seculi istius, super nubem leuem, virginem. Et deduxit eos in nube diei. Pulcre dixit diei. Nubes enim illa non fuit in tenebris, sed semper in luce. Observa, primo nubem dupliciter exponi Christum & Virginem. Secundo, leuis *in* *ter*, etiam dupliciter, vel nullo peccato, vel nullo semine humano prægrauatam. Et illud quidem de peccato, non non ad Virginem, sed ad Christum spectare, ad Virginem autem illud de semine. Ergo noluit is autor quisquis est, afflere Virginem nullo peccato prægrauatam, sed dunitaxat Christum. Tertio, illud de luce, ambiguum, quo referendum, an ad priorem interpretationem, quæ nubem Christum dixit, an ad posteriorem, quæ Mariam. Inclinatur tamen ad Christum potius. Ita enim solent Latinus pronomine illo, in huiusmodi distinctionibus, significare membrum remotius. Illa igitur nubes, ex duabus iam nominatis, quæ priori loco recentita. Quod si non placet, at illud tamen certum, non posse hanc lucem significare Virginem peccati expertem, alioquin persisset prius obseruata distinctio, ut dicatur Christus nullo peccato prægraatus, dicatur Virgo nullo semine prægrauata.

X. Augustinus de Natura & Gratia. Excepta sancta Virgine, de qua propter honorem Domini, nullam prorsus quum de peccatis agitur, habere volo questionem. Inde enim scimus, quod ei plus gratis collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccati, qua concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Et hunc habent unicum eius sancti Patris locum semper in ore, nec quicquam in tota Antiquitate firmius sui delirij fundatum. At primo: *Mirandisane sunt* (inquit Dominicus de Soto de Natura & Gratia lib. 3. cap. 4.) qui illuc Augustinum meminisse putant de peccato originali. Tractat enim in illa parte eius libri idem argumentum, quod & in libris de Perfectione Iustitia, de Spiritu & ltera: Scilicet, quod non possit homo vivere sine peccato, contra Cœlestium dicentes, Potes t homo non peccare si vult. Originale autem non est in nostra voluntate. In cuius exemplum proferebat ille hereticus longum catalogum Veteris Testamenti, puta Abel, Enoch, Abraham, & reliquos iustos, quos aiebat nullum fecisse peccatum, inter quos referebat & beatam Virginem. Vbi si intelligeret de originali, non posuisse illos particulariter: nam secundum Pelagianos nullus mortalium illud contrahit. Ex quibus Augustinus recensit iustos, solam beatissimam Virginem excipit. Neque tamen affirmans, sed nolens facere de illa mentionem, propter honorem Domini. Et paulo post. In eo quod dicit vincendum, manifestissime loquitur de actuali, quoniam originale non vincitur, & ideo notanter & discrete de illa dixit vincere, de Christo vero nullum habuisse.

XI. Sciusit hanc expositionem Bellarminus. Itaque disputauit contra, nec tamen argumenta Soti soluens, sua tantum opponens, quatuor. Primo, quod Augustinus nullam habere velit de Virgine questionem, quum de peccatis agitur, ergo neque quum de originali. Secundum, quod illi dicat collatam gratiam ad vincendum omni ex parte peccatum. Ergo etiam originale. Alias non omni ex parte. Tertium, quod propter honorem Domini. Atis honor non minus postulat, ut mater caruerit originali, quam actuali. Quartum, quia ex Augustini sententia 5. contra Julianum cap. decimo quinto nemo visit sine peccato actuali, qui habuit peccatum originale.

XII. Sed ista facile difflaret Sotus ille. Nam in primo Augustinus peccata nominat, id est, actualia, itaque sensus esset, nolle se, quum de peccatis actualibus agitur, vilam questionem mouere de Virgine. Ad secundum, importunum appellaret Bellarmintum, qui virgeret duntaxat illud *omni ex parte*: negligeret autem illud *vincendum*. Atqui utrumque coniungendum, ut omni ex parte vicisse intelligatur, nempe id quod poterat vinci, id est actualis, non autem originale. Ad tertium, negaret consequentiam. Quantum concederet. Nam ideo dixit Augustinum nihil asserere, id est non tantum de originali non disputare, sed ne quidem de Actuali, quicquam asserere.

XIII. Et hæc quidem Sotii responsio est. At nos secundo, negamus aut verba, aut mentem esse Augustini, Mariam omnino fuisse absque peccato. Ratio certissima. Quia nihil in utramque partem afferat, sed tantum nolle se ea de re quæstionem moueri. Sicut Basilius, cum virginitatem Mariæ post partum dicit esse διπλανηγερμόν, non definit quicquam in alterutram partem. Certe Lucas Brugensis scriptis præfatione notationum in sacra Biblia, Id in ipso Scriptura fonte accidit, nempe, ut corrupta sint exemplaria, Perficuum est in Novo Testamento Graeco: nam de Veteri Hebreo nihil dicere volumus. Similis prorsus loquitur loquutioni Augustini propterea concludet Bellarminus, aut Vetus Testamentum esse expers corruptionis, aut etiam sic existimatum à Luca? Non credo, si hominem non male notui. Et quidem non ipsius Mariæ habita ratione, sed in honorem Christi. Non hoc sensi, ut putares ladi honorem C H R I S T I, si afferatur Maria fuisse peccato obnoxia, sed, ut id deferamus honori, quem nos C H R I S T O debemus, ut de Matris eius peccatis non loquamur. Quæ certe mens laudanda fuit in Augustino, nec facile in aliam partem eundum Christiano, nisi importuna superstitione ab hoc medio, in alterum extremum seipsum præcipitassem, & obstrepera sua nugacitate etiam pios sollicitassem, ut non iam errori ητηγον, sed apertæ idololatriæ sese opponerent.

XIV. Enim uero, nonne haec plena peruersitas est Sophistarum, cum vni loco, cuius nulla certa assertio est in alterutram partem, harent mordicus, reliquos omnes habent pro nullis, in quibus tam diserte docuit Augustinus, cõtra quam sentiunt, ut ne Caluinus quidem potuerit disertius: Quomodo, quæfo, euident vim horum verborum ex de Perfectione Iustitiae. *Quisquis fuisse vel esse in hac vita aliquem hominem, vel aliquos homines putat, excepto uno Mediatore Dei & hominum, quibus necessaria non fuerit remissio peccatorum, contrarius est diuina Scriptura, & necesse est, ut impia contentione asseratur.*

Afferat, esse posse homines, qui sine Mediatore Christo liberante, atque saluante, sunt liberi, saluque à peccato. Quisquis autem dicit, post acceptam remissionem peccatorum, ita quemquam hominem iuste vivisse in hac carne, vel virere, & nullum habeat omnino peccatum, contradicit Apostolo Iohanni. Hac ille: quibus non video quid possit regeri. Nam negatio vniuersalis; exceptionem non admittit. Et addita Christi exceptio illam vniuersalem esse confirmat; & duo gradus diserte exprimuntur: unus ante remissionem, alter post remissionem, ut de vtroque negatio constet. Et non omnes homines simpliciter indicantur, sed in hac vita, nimurum ut separantur, qui in altera: nam horum aliquos constat esse sine peccato; nimurum admissos in Dei requiem. Quo verbo potentissime confodiuntur subtiles, sed inanes sophistificationes, concedent Maria in prima generatione, fuisse obnoxiam peccato. Nam illa prima generatio, non est in hac vita, quia ne viata quidem est: quandoquidem, consideratus ante animam infusam, sine qua nulla vita est.

X V. Considerent attente superstiosuli, & meminerint, non valere protestationem, quæ facto sit contraria. Ideoque si maxime constaret hoc verbo Augustinum disertissime negasse Virginem peccatricem, tamen nihil id ponderis haberet: quandoquidem aliis omnibus locis id ipsum euerteret. Nunc autem necesse est infinitam importunitatem esse, quæ iam indefinita verba opponat tam certis, perpicuis, disertis.

X VI. Sequuntur Poete, non Doctores, Sedulius, & Arator. Illum Bellarminus, vtrumque Salmero citat. Ille igitur Paschali 2.

*Et velut in spinis mollis rosa surgit acutis
Nil quod latet habens, matremq; obscurat honore:
Sic Eua de stirpe sacra veniente Maria
Virginis antiqua facinus noua virgo piaret.*

Iste in Acta lib. 1.

*Porta Maria Deigenitrix intacta creantis
Anato formata suo, mala criminis Eua
Virgo secunda fugat, nulla est iniuria sexus.*

X VII. Athi, quem nobis, quofo, nodum necunt difficilem solutu? De rosa ille: Nil quod latet habens: at non de Virgine, nihil quo laudetur habens, quæ nostra quæstio est. Nec si in protasi illud est, ideo & in antapodosi. Quid rursus? Virginis antiqua facinus piavit. Ita est sane, peperit enim Christum, obediens facta verbo Dei. Sed id non significat, nulli peccato obnoxiam fuisse. In Aratore idem sensus, *mala criminis Eua Virgo secunda fugat*. Sed postea insignis impudentia: Nam hæc, *Nulla est iniuria sexus*, truncata sunt, ut lateat autoris mens, quæ hæc erat, iam non debere quenquam conqueri de muliebri sexu, propter Eua pectatum. Nimurum, quia eam noxam virgo suo partu reparasset, quomodo ex Irenæo recitat Augustinus contra Julianum, lib. 1. cap. 2. *Quemadmodum astriktum est morti genus humanum per virginem, soluat per virginem: aqua lance disposita virginis inobedientia per virginalem obedientiam*. Quo non significatur nihil peccati esse in Maria, sed compensatum esse damnum, quod ab Eua, magno illo bono, quod à Maria, vtraque virgine. Itaque fexus, non Virginem Mariam significat, sed indefinite, genus muliebre, de quo magna querela fuit, quod ab eo fuerit origo malorum, at nunc gratia magna, quod ab eodem origo omnium bonorum. Quare uno perpetuo contextu legendum:

*-- a. Nulla est iniuria sexus:
Restituit quod prima tulit. Non voce querelas
Excitet, aut gemiu[m] marentia corda fatiget
Antiqua pro lege dolor, sceleris ipsa nefasque
Hac potius mercede placent: mundoq; redempto
Sors melior de elade venir. Persona ruinam
Non natura dedit: Tunc fœmina facta periculum,
Nunc tumuit paritura Deum, mortalia gignens
Et diuina ferens: per quam mediator in orbem
Prodicit, & veram portauit ad aethera carnem.*

X VII. Sequitur Cathena Græcorum in Canticum Canticorum apud Theodoretum, lib. 3. extremo. Virginem Mariam ideo columbam, eamque unicum in Cantico nominari, quod Cherubim, & Seraphim puritate vincat. Imo hic vt alias, Bellarmino fides Punica. Pselli eo loco hæc verba sunt. Inter tot animas omnium hominum, quis saluantur, ut electa columba est vna illa sola, quæ Christum genuit, virgo, mater puerilla Maria, quæ puritate proficit. Cherubim & Seraphim antecellit. Hæc ille. Viden' Mariam nominari inter tot hominum animas, qui saluantur? Primo vnde saluantur, si non à peccatis? Aut quomodo à peccatis si nulla vñquam habuit? Secundo, cur ea inter tot animas? Non enim inter eas, si non à peccatis saluata. Tertio, hinc appetit puritatem illam, quæ dicitur vincere Cherubim & Seraphim, intelligendam de eo statu, in quo est Maria in celis, non autem de eo, in quo erat, dum in terris. Quare nihil ad hanc controuersiam.

X IX. Sequuntur Sophronius, Damascenus, Idiota, Petrus Damiani, Bruno, Anselmus, omnes æui tanto sequioris, quanto posterioris. Primus liberatam dicit ab omni contagione corporis, & animæ, & intellectus. Secundus: Naturam in ea non ausam anteuenire gracie. Tertius, totam pulcrum: non in parte, sed in toto, & maculam peccati, sive mortalism, sive venialis, sive originalis, non esse in ea. Quartus, altiore genere sanctificationis mundata in peccato, quam Joannem, quam Ieremiam, qui in utero sancti leguntur. Et quum omnia bona fecisset Deus, tum hoc melius fecisse, consecrando sibi in Virgine reclinaronum aureum, in qua sola se, post tumultus Angelorum & hominum reclinaret, & requiem inueniret. Quintus, esse incorruptam terram illam, cui benedixit Dominus, ab omni propterea peccati contagione liberam. Sextus: *Decebat*, inquit, ut illius conceptio, nimurum Christi, de matre purissima fieret, nempe decens erat, ut ea puritate, quæ maior sub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret.

X X. Horum vero nullus, cuius autoritas magni fit momeati, maxime in rebus fidei, quorum qui antiquissimus, exedit sextum seculum, Sophronius: Damascenus septimum: Idiota octauum: Petrus Damiani, Bruno, & Anselmus decimum. Omnes igitur eorum temporum, quum corrump-

ptissima esse cœpit Ecclesia, iniudente eam immanis idolomania seabit. Itaque eis eorum nonnulla facilem possint interpretationem admittere, tamen supersedeo plura dicere. De Anselmo hoc tantum, annumerari illis, qui diserte docuere Mariam Virginem non fuisse peccati expitem, ut postea patet.

X XI. Agit deinceps Bellarminus de consensu Ecclesiæ, qui ab annis inquit, non paucis, maximus est. Er caput Ecclesia nominat Sextum quartum, in Extrauagantibus: Alexandrum sextum, Julium secundum, Leonem decimum, qui ordinem quandam religiosum in honorem conceptionis inmaculatae, confirmavunt. Tum Concilium Basiliense: Academias illustres, denique festum Conceptionis toto fete orbe celebratum.

X XII. Sed ista sunt superioribus longe futiliora. Primo, quales illi omnes Papæ fuerint, nullæ tacent historiæ. Tam procul certe à pietate, ut qui quicquam ab iis pium expectet, vix sit sanus. Sextus quartus Franciscanus, itaque exercitus in illa famosa cius ordinis cum Dominicanis contentione, quid mirum, si quam attulit ad Papatum ex ordine suo opinionem, eandem fuit in Papatu? Nec tamen consensus inde arguitur vniuersalis. Nam idem, quum videret non moueri Dominicanos sua illa Extrauagante priori, quæ festum Conceptionis sancuerat, secundam edidit, quæ utramque opinionem permittit, & ostendit acriter utrinque fuisse pugnatum. Quod quum ita sit, confirmatio ordinis illius, quicumque sit tandem, nihil plus habet momenti. Potuit enim ab Alexandre, Julio, Leone fieri, non quod viderent omnes Christianos consentire, aut etiam certum haberent, sed quia utramque partem tolerandam, iam erat à Sixto sanctum.

X III. De Concilio Basiliensi quid dicam? cuius autoritatem tam nihil faciunt Papistæ ipsi: Bellarminus de Conciliis lib. 1. cap. 7. *Huius Concilij nihil est ratum, & probatum, nisi quadam dispositiones circa beneficia Ecclesiastica*. Ergo ne hoc quidem decretum. Nam id certe non est inter dispositiones beneficiorum. Academias illustres nullæ nominantur. Parisiensem audito legem sibi ipsam posuisse, ut Doctor nemo ceteret, nisi qui in hanc sententiam iruauerit. Sed eius Academias iampridem & tyrannis exosa est, & odium bonorum nimium. Quanquam id ipsum videtur falsum: Quia admittuntur ad Doctoratum etiam Dominicani.

X IV. Superest festum Conceptionis. Id vero Catholicum neminem mouet. Primo, quia recentissimum inuentum. Originem enim eius repertunt ab Anselmo Cantuariensi, ex revelatione quadam, sive ipsi facta, sive alij cuiquam Abbat: nam variant autores. Probatissimam tamen, ut Polydorus Virgilius, ne meminerunt quidem. Et sane multa habet, quæ memoram redolent, qualia fuere monachorum somnia, otiose in claustris facta. Itaque Cardinalis de Turce cremata prolixe disputat esse suppositiam Epistolam, scribens in Canonem primum distinctionis tertiae de Consecratione. Quin Baronius in tota Anselmi vita, ne nominare quidem dignatur hoc festum. Deinde id nullum potest esse argumentum vniuersalis consensus, geminam ob causam. Primam, quia id festum non est ab omnibus acceptum. Baronius in Martyrologio, notat celebrari à Græcis die nona Decembri. At Menologium editum à Guillelmo Sirleto Cardinali, ad eam diem hac habet. *Commemoratio Sanctæ Anna matris Deipara Virginis*. Item *Sancta Anna matris Samuelis Prophetæ*. Et nihil præterea. Tantum enumeratio festorum apud Græcos obseruatorum, quam describit Baronius tomo duodecimo ad annum millesimum centesimum sexagesimum sextum, iubet obseruari diem Decembri nonam, ob hoc Conceptionis festum. Belethus in Explicatione diuinorum officiorum huius fetti omnino non meminit, & vixit tamen longe post Anselmum. Durandus in Rationali lib. 7. cap. 7. *Quidam faciunt, inquit, quintum festum, scilicet de Conceptione Beatae Mariae*. Ergo non omnes. Petrus de Natalibus lib. 1. cap. 42. *Conceptionis sanctæ Dei genitricis Mariæ, non quidem ex generali Ecclesiæ institutione, sed ex speciali quorundam devotione in plerisque Ecclesiæ celebratur*. Denique, ne omnia colligam, Thomas parte tercia, quæstione vigesima se-prima, articulo secundo, & quodlibet sexto, articulo septimo docet Romanam Ecclesiæ & plurimas alias non celebrare id festum, tolerare tamen consuetudinem aliquarum Ecclesiarum illud celebrantium. Bonifacius capite quarto historia Virginalis distinctius, originem repetit ab hinc quingentis annis, sic tamen ut 300. annorum spacio non fuerit generale Ecclesiæ, sed alias alibi vel vrbes vel provincias celebrasse, itaque 200. tantum annorum roboratam vetustate eius usus religio. Quare, si Latini, nisi post annos paucos, non celebrarunt, ac ne ij quidem omnes, certe nullum inde argumentum erit vniuersalis consensus.

X V. Præterea ne ipsi quidem Papistæ consentiunt, ideo celebrari, ut significetur Virgo immunis ab omni peccato. Durandus Rationalis lib. 7. cap. 7. *Quidam faciunt quintum festum, scilicet de Conceptione Beatae Mariae, dicentes, quod sicut celebratur de morte Sanctorum, non propter mortem, sed quia tunc recepti sunt in nuptiis aeternis, similiter potest celebrari festum de Conceptione, non quia sit concepta, quia in peccato est concepta, sed quia mater Domini est concepta*. Alij vero hoc sentiunt potius, celebrati propter Mariæ sanctificationem, cuius tamen quia nesciatur certus dies, ideo substitutus sit certus conceptionis. Cardinalis de Turrecremata in cap. 3. distinet. 4. de Consecratione. *Per hoc quod ab aliquibus festum Conceptionis Beatae Mariae celebratur, non ait in eligi, quod in sua Conceptione fuerit sancta, sed quia, quo tempore juncti, et aeternis, fuerit ignoratur, celebratur festum sanctificationis eius, potius quam Conceptionis, in die Conceptionis ipsius*. Atque haec verba mutuatus est à Thoma.

X VI. Sed Catholici longe altius rem repetunt, & sive omnes consentiant hodie Papistæ, sive minus, negant tamen in eo vñum esse momentum. Nunquam enim villa superstitio, vñum fuit veritatis cuiusquam fundamentum. Certe id festum idolatria peperit, vñalia multa; nunquam audita, nisi quum Christianitas abiit in præcepis, licentiamque præbuit quibuslibet, etiam ineptissimis Monachis, quidlibet audacter singendi. Ita Lauretanum facillum, cuius ne nomen quidem vñquam auditum erat, tandem transferri ab Angelis vñsum est nescio quibus, atque inde præcipua deuotione dicam an stupiditate, adoratum. Sic Franciscus typicus excogitatus. Et quid non? Profecto in eum statum orbis deuenerat, ut (quod memini quandam non malum sacrificium dicere) vel cucurbitulas adorari essent Papistæ.

nisi Deus prouidisset. Sed ad rem. Id festum negant instituendum fuisse Catholici. Causa maxima, quia nefas hominibus festa dicari religiosa, imo nefas Angelis, quos esse absque peccato constat. Itaque grauiter peccatum ab iis qui sive natuitatis, sive conceptionis, sive purificationis festum iussuerunt inter Christianos celebrari. Sive verum sit, sive falsum, Beata Virginem expertem esse peccati.

XVII. Hanc causam non vidit Bernardus, ut erat iam sui seculi demersus caligine. Sed videt eam, quae proprie pertinet ad hanc Controversiam. Quum primū enim audisset apud Lugdunenses suos vicinos, id festum induci, prolixè admonuit, violati pietatem: Epistola ad Lugdunenses Canonicos, cuius magnam partem describit Cardinalis de Turrecremata. In qua & nouitatem eius instituti acriter percellit, matrem temeritatis, sororem superstitionis, filiam leuitatis. Et diserte pronunciat, ne Virginem quidem immunem fuisse à peccato originali, sed solum Christum. Etnium hunc honorem, dedecorile Virginis.

XVIII. Haec Epistola summa, in qua vide & mirate Baronij mendacissimum ingenium. Nam is Tom. 12. ad annum duodecimi seculi trigesimum sextum §. 14. Bernardum pronunciat hac potissimum ratione permotum, qnod id nondum Romana Ecclesia fecisset, nec faciendum indixisset, & temerarium valde esset, quouis praetextu quemlibet promoueri ad celebrationem dictum festorum, & noui quipiam inducendum, ipsa Romana Ecclesia inconsulta. Deinde §. 15. Hoc perfecit S. Bernardus, licet diuersa senserit, ut res ipsa accuratiū examinaretur, atque differretur ad iudicium Apostolicae sedis, vbi ex Scripturis sacri proditis in medium testimoniis, præcipuis fidelium precibus, Pontificio sanciretur decreto, celebrandam esse in Ecclesia sanctissimæ Dei genitricis conceptionem.

XIX. Enimvero quānam hæc est mentiendi, fingendi, imponendi licentia? Primo falso, illam potissimum fuisse Bernardo rationem, improbandi eius festi. Qui enim? quum ne ratio illi quidem villa fuerit? Nam in disputando, omnino autoritatis Romanæ non meminit. Tantum absoluta disputatione, consulendam fuisse talēm Romanam Ecclesiam admonet. Id vero, quis vñquam appellauit præcipiam rationem? Sed nimis Romanum sapit Baronius: sic enim soliti iam pridem Romanistæ, quicquid velle uiter quis de Romana sede dixisset, ita interpretari, ut eius iudicium summum esset. Nugæ. Secundum mendacium: Temerarium esse, quouis praetextu, quemcunque diem festum celebrati, aut noui quipiam induci, inconsulta Romana Ecclesia: Nam horum tantudem videoeas in ea Epistola, quantum piscium in sylvis. Tertium, Bernardum diuersa sensisse ab iis quæcumque scripsit. Quod quidem non iam mendacium est, sed ultra mendacium immannis impudentia. Quartum, eo factum ut de re tota pronunciarer Romana Ecclesia. Nam id non factum propter Bernardum, satis credo apparet ex eo, quod à Sexto quarto primum id iudicium tentatum est. Vixit autem hic Sixtus, annis ducentis triginta post Bernardum. Quintum mendacium, de testimonii ex Scripturis, nisi forte vere dicamus prodita fuisse ea Testimonia, & Baronium insciū, vere dicere. Nam certe testimoniorum sacrorum in Extrauanganter illa Sixti quarti, s̄d̄ m̄v, s̄d̄ 20^o. Scilicet hac arte strui annales Ecclesiasticos commodum est Ecclesiæ Romanæ, ut ab imposturis nata, ab imposturis souetur superstitio.

C A P . VII.

An rationibus probetur Mater Dei expers peccati.

I. Nec rationes desunt, inquit Bellarminus. Ergo rationes videamus, quascumque apud eos portuimus nancisci. Prima hæc est: & colim apud Scholasticos decantatissima. Deus potuit, & probabile est etiam voluisse, Virginem à peccati contagione præseruare. Igitur probabile est fuisse præseruatam. Potuisse Deum probant ab omnipotentia, & quia neque ex parte Dei, neque ex parte creatura, villa cernatur contradicatio. Voluisse autem concludunt reliquis omnibus rationibus.

II. Ergo argumenti vis est: Quicquid Deus potest, & verisimiliter vult, id verisimiliter factum est. At primo Franciscani, hoc ipso argumento vebantur, non tanquam verisimili, sed tanquam certo. Ita appetit, non ex argumentis, opiniones dijudicari, sed ex opinionibus argumenta aestimari. Quia enim certo certius animum induxerant Franciscani, Virginem caruissim peccato: ideo argumentum, tantu non dicebant esse demonstrationem. Hocque, quum Jesuitis paulum deferuit animositas, tum argumentum est duntaxat verisimile. Ita ludit superstitio.

III. At nos negamus, tum eam propositionem, tum etiam, quæ subiecta est, assumptionem. Propositionem, quia si ei locus detur, tum vix erit quicquam tam nouum, cui aditus precludi queat. Sic Deus poterit Eligio mandare curationem eorum, & asinorum, & verisimile erit, eum, qui viuus eam artem exercuit, etiam hodie ei fauere, itaque verisimile erit, etiam hodie, quum in ecclesiæ est Eligius (si in ecclesiæ) curare demandata iumentorum. Et huiusmodi & diuinis scatet superstitio. Sic potuit Deus efficere ne vñquam Mahometes Alcoranum toti Oriente obtruderet. Et verisimiliter voluit, ne blasphemaretur Religio Christiana. Ergo verisimiliter Deus efficit, ne Mahometes Alcoranum obtruderet. Quid plura? Res enim per se est manifesta. Discant aliquando, si possint Papistæ, de operibus Dei, maxime vero de rebus fidei, non leuicule diuinare ex fruolis quibusdam conieaturis, sed niti certo Dei verbo, iuxta quod si non loquantur, ne surgat eis lux matutina. Deinde negatur verisimile esse, Deum voluisse Virginem Mariam ab omni peccato immunem facere. Et hoc, quia probare conantur multis deinceps rationibus, examinemus.

IV. Et prima ratio esto Bellarmini. Quia tam honor, quam ignominia matris redundat in prolem. Nimis Laconice, inquam. Est hoc quidem oracula fundere, non argumenta torquere? Sed Valentinus Gerardus, homo, si forte minime malus, hanc breuitatem explicabit, formato Syllogismo. Honor & ignominia matris redundat in Filium. Atqui peccatricem esse, non honor est, sed ignominia matris Dei. Ergo, ne ignominia filius afficiatur, Virgo non fuit peccatrix. Egregie! Sic, credo, Iaponici Bonzij Dialecticam docent. *Mang'ao 'Intuitu mīs & nō mīs wēnyōnōn: mōdō wō wōjōnōn ilōnōs ūtā nōjōdō tōyōng'ōtēs.*

V. Respondeo, neglecta forma, ad rem ipsam. Ignominia alias pro contumelia, qua quis quem afficit, vt David ē Semei. Alias vero pro virtutis, quæ insunt cuiquam personæ, vnde quædam ignominia ad eam redire queat. Prior modo concedi potest, ignominiam matris, redundare ad filium, hoc sensu, ut filius propriæ deputet iniuriae, matris factam à quoquam ignominiam, quomodo Deus testatur ad se pertinere, quæ bene maleve fuit singulis fidelibus. Et sic verissimum, redundare in Christum ipsum omnia probra, quib. Virginem afficit infani Iudei. At negatur minor. Neque enim peccatum sive originale, sive actuale, hoc sensu villa est Virginis ignominia, quomodo neq; Abramini, aut Ioan. Baptiste, aut cuiusquam alterius, sed est vera agnitus naturalis misericordia, cui illa cum aliis omnibus sanctis fuit obnoxia. Vnde non tantum ad eam nulla redit ignominia, sed etiam honor magnus, quod ex tanta calamitate, in tantam dignitatem elata fit à Deo, ut & in beatitudinem asserta, & Redemptoris mater assignata fuerit. Posterior autem modo, negatur maior. Nam vitium est personale, itaque non transit à persona in personam. Nec in Salomonem redundavit adulterium Dauidis patris, aut Bethsabeæ matris. Imo ne Christo quidem Tamaris incestus, quamvis ab ea sit ortus. Itaque nihil in Christum redundat ignominia, si dicamus natum ex Virgine, quæ sua natura fuerit obnoxia peccato.

VI. Secunda ratio Bellarmini. Quia mater Christi, singularem affinitatem & coniunctionem cum ipso habet, quæ autem conuentio Christi ad Belial: Ergo (inquit Gerardus) nunquam Virgo peccauit, aut consensit cum Belial. Et addit: Propositiones sunt à Scriptura: Ergo conclusio vera.

VII. Imo monstrosa, inquam. Nulla est conuentio Christi ad Belial. At mater Christi singularem habet cum eo affinitatem, & coniunctionem. Ergo Virgo nunquam peccauit. Hem Iesuitæ, quodnam tantum facinus in vos admisit hic orbis, ut ad eum ex immanibus peregrinationibus ad orbem nouum, pro propositionum cohærentis, scoparum dissolitarum monstra deferebatur, ut neque maiori cum minore sit quicquam commune, neque conclusioni cum vñquam: & ita triumphatur apud vos? Facile, sed in umbra. Nulla, inquit, Christi conuentio ad Belial. Recte, asserit enim Paulus, cui nefas contradicunt, & Christus perfectissima iustitia, ut Belial extrema nequit. Itaque inter se enī Agnus & oppositū. Sed quid Belial ad Virginem Mariam? An forte quicunque peccato originali obnoxius est, idem nihil differt à Belial? At nemo est Sanctorum, non eidem obnoxius. Ergone dicamus omnes Sanctos esse Belial? nullamve esse Christo cum iis conuentione? Imo & tempora sunt Spiritus, ad Corinth. 6. & Christus in iis habitat, ad Ephesios. Non negat Gerardus.

VIII. Quid ergo? Nempe, inquit, fidelis, qua talis, non est Belial, sed quæ peccatum habet mortale. Et nullus Christo cum fidelibus consensit, qua sunt peccatores. Optime, inquam. Sed primo argumentum Bellarmini nihil habet huiusmodi. Non enim negat vñquam Christo consensum cum Belial, quia Belial, sed absolute. Et conclusio inferit immunitatem à peccato. Nempe ut significet, non illud, nullum esse consensum Christi cum Belial, quia Belial, sed hoc, nullum esse Christo consensum cum eo qui sit Belial, quacunque ratione. Secundo, ut hanc etiam admittamus distinctionem, quis fanciuit nullum ei locum esse in Virginem? Nempe ut ne possimus dicere, magnum esse Christo consensum cum Virginem, non quatenus erat peccatrix, sed quatenus erat mater, & gratia plena?

IX. Rursum Gerardus: Magnum discrimen inter Virginem, & reliquias fideles. Nam Virginem peculiaris, singularisque coniunctio, atque affinitas cum Christo: quæ reliquis nulla. Intelligo. Carnalem affinitatem indicat, quia Virgo mater est CHRISTI secundum carnem. Sed respondeo. Primo, fuisse Christo societatem carnalem cum peccatoribus. Nam fratres eius in eum credidisse negat Iohannes septimo. Et tamen fratres erant, id est, carnaли societate ad eum attinentes. Secundo, non esse hanc maximam, & præcipuum Mariæ, & Christi affinitatem. Multo enim maiorem illam quæ per fidem. Quod si hæc maior non ornatissim tollit peccatum, multo minus illa minor.

X. Tertia ratio: Quia singulari modo Dei Filius, qui est ipsa Dei Sapientia, habitauit in matre. At in maleuolam animam non intrabit sapientia: nec habitabit in corpore subditu peccatis. Sapientia primo.

XI. Respondeo: Dei Filius, sapientia Dei habitare dicitur vel corporaliter, vel spiritualiter. Vtique autem modo in Virginem. Sed si corporaliter Bellarminus intelligit, discedit à suo autore. Qui sapientiam non appellauit illam & vñquam Dei Sapientiam, id est, Filium, sed creatam, quia homines sunt & dicuntur sapientes. Holcot, *In hoc loco non tractatur præcipue, nec principaliter, de aliqua virtute intellectuali, vel moralis, sed de omni virtute.* Indeque eā libro nomen asserit inditum Sapientia, à materia de qua tractatur. Sin autem spiritualiter: primo nihil ad rem, quia argumentum est de corporali inhabitatione Christi, qui singularis est ille modus, quo habitauit in matre. Secundo, non omnis, qui obnoxius est peccatis, maleuolam habet animam, neque corpus subditum peccatis, alioquin, nemo hominum sapientia fuisse vñquam particeps. Qod contra est. Nam & Salomon fuit sapiens: & Propheta omnes, & Apostoli, & omnes Sancti. Itaque istis non fuit maleuola anima, neque corpus subditum peccatis. Quanquam nati fuerint in peccato originali, imo & actualibus non caruerint. Itaque is intelligendus habere animam maleuolam, & corpus subditum peccatis, qui iniquitate delestat, in eaque vivit perpetuo. Non autem qui clamat, *Facio malum, quod nolo, & non facio bonum, quod volo.* At Virgo beata in his fuit, itaque non habuit animam maleuolam: non corpus subditum peccato, quanquam omni peccato non caruerit.

XII. Quarta ratio. Debuit in Virgine testimonium illud sponsi celestis impleri, *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te:* Cantici 4. Ita fane, inquam, & impletum est. Cur non enim in Virginem, cum etiam in qualibet anima fidelis? Et tamen nulla anima fidelis, non obnoxia est peccato: Sed hic locus ante pluribus tractatus est.

XIII. Quinta ratio. Quum Deus statuerit sanctissimam hanc Virginem euehere ad summam dignitatem, vt omnibus puris creaturis, etiam Angelicis, præstet, certe par erat, vt nullum esset priuilegium alicui puræ creature collatum, quod non etiam huic Virginis conferretur, nisi forte statui naturæ conditioni, aut sexui repugnaret. At vero in ipsa creatione datum est primis parentibus, vt sancti essent: Angelis etiam, vt nullo vñquam peccato poluerentur, & id priuilegium non repugnat conditioni statui, naturæ, sexui.

Beata

Beatae Virginis. Igitur pium est dicere, ciusmodi priuilegio, Dei matrem nuncaruisse.

XIV. Respondeo, primo de summo illo statu, multa Papistas nugari extra Scripturas, quae de Virgine nihil aliud reuelarunt peculiare, prater illud priuilegium, quo facta est Mater Dei. Scriptura autem tacente, quis loquetur? Quanquam haec Papistis lex non est posita, quibus impune est, quicquid vel per somnium febricitantibus occurrit, proponere, propagare, afferere. Gaudeant illi sane suo isto priuilegio, dum adueniat ille qui iudicabit, non secundum Monachorum vanas somniationes, sed secundum suum Euangelium: Catholici non inuidebunt. Secundo, illud contrarium coditioni, statui, naturae, sexui, potest intelligi, vel sic, ut auferret naturam hominis feminam, id est, quo stante non posset esse Maria, quod re vera erat, ne aperire mulier, sic vel, ut non bene ei conveniat cum eo statu, conditione, natura, sexu, qui post Adae peccatum in omnibus hominibus consideratur. Priori illo sensu negatur propositio. Nam re vera non pauca sunt, quae si Virgo habuisset, non minus fuisse mulier: quae tamen illa non quam habuit. Primo, ut a nemine nasceretur. Nam Eva id habuit priuilegium, & tamen vere fuit mulier. Id tamen Virgo non habuit. Secundo, ut nullo modo sub peccati rationem caderet. Nam habuit Eva a prima sui conditione, ut in eo nulla ratione peccatum esse dici posset. At virgo non habet, vel ipso teste Bellarmino, qui capite decimo sexto libri quarti de Assumptione gratiae, concedit tribus temporibus peccato fuisse obnoxiam, in lumbis Adae, ante animationem, in instanti animationis. Tertio, potuit esse mulier, & tamen imortalis, quod erit post resurrectionem, & tamen vere mortuam credunt, etiam Papistae. Denique potuit esse mulier & Sacerdos, quod tamen nunquam fuit. Nam etsi in Ecclesia Christiana secundum ordinem a Deo institutum, haec dissideant, tamen propriis definitionibus non magis dissident mulier, & sacerdos, quam filia Adami, & mulier sine peccato. Nimirum ex hypothesi. Tam autem potuit Deus hypothesin violare in muliere & sacerdote, quam in muliere & non peccatrice. Imo, si quae necessitas fuit, haec longe maior, quandoquidem nativitas ex Adamo non impediat sacerdotium, & impediat tamen in aliis omnibus non peccatricem. Quod si non violauit Deus minorem hypothesin, eur maiorem violasce quisquam aferat? An somniantibus Monachis omnia erunt temere credenda?

XV. Si alterum sensum malit Bellarminus, negatur assumptio. Nam immunitas illa ab omni peccato repugnat conditioni, statui, naturae, sexui Virginis. Quomodo, inquit? Nempe, inquam, quomodo immortalis. Non fuit immortalis Virgo, quia ea deos repugnat mortalitati, in qua conditione Virgo erat concepta. Nec minus, inquam, peccati carentia. Est enim Virgo concepta ex viro semine, modo naturali, & omnibus hominibus communi, quo modo traducitur peccatum ab Adamo in posteros. Sed Gerardus responderet: Supernaturalem gratiam, & manum Dei omnipotentem, non cedere naturae. Ita est, inquam, sed nos nunc non quid posse Deus, inquirimus, sed quid sit conueniens. Huc enim Bellarmini rationes referuntur. Itaque haec exceptio usque ad hanc non possit.

XVI. Rationum Bellarmini postrema est à Reuelationibus diuinis, quas de hac re habuisse Brigitta testatur. Negat autem has reuelationes contemnedas, quum à vix grauissimis diligenter excusata, approbatæ que fuerint.

XVII. Imo nihil potuit ineptius proferri. Nam primo Dominicanii contra iactant reuelationes Catharinæ Senensis, teste Caetano, de Conceptione Beatae Virginis. Adeo manifeste Papistis pro lusu est Spiritum Sanctum sibi ipsi committere. Secundo, ne Papistæ quidem credunt, hoc quicquid est de Brigitta, diuinam esse reuelationem. Nam si esset, tum omnino certum esset id, quod ex ea reuelatione constaret. At ne ipsi quidem id habent pro certo, sed patiuntur contra disputari, & scribi. Tertio, quod nam hoc genus est reuelationis diuinæ, quod mitatur virorum grauissimorum examine, & approbatione? Aut qui illi viri grauissimi? Nam si non ipsi etiam pleni Spiritu, qui potuerent reuelationes falsas à veris dignoscere? Imo qui potuit Spiritus Sanctus ab iis ullam approbationem aut postulare, aut accipere? Nunquam enim factum in Ecclesia. Ad haec plurimi iam experimentis compertum, nihil fuisse Papistis audacius in fingendis Legendis, quo Sanctis suis nomina compararent, ut nemo sit non stupidisimus, qui fidem habeat. Denique nouis reuelationibus nullis fides indiget. Habent Mosen, & Prophetas, adde Apostolos. Illos audiant.

XVIII. Baptista Breuator rationes quartam & sextam omisit, credo, sensit ridiculas. Nouam addidit. Non decuit Matrem Christi, prius esse filiam Diaboli, quam Dei.

XIX. Respondeo, filios iræ nominati omnes homines propter corruptionem naturae, sed filios Diaboli nunquam, nisi qui huic corruptioni adidunt pertinaciam propriam, quo sensu occurrunt multi nominati filii Belial. Deuteron. 13. Judic. 19. Et alias sæpe. At hoc modo Virgo nunquam fuit filia Diaboli. Itaque nihil agit Baptista.

XX. Salmero alias colligit rationes: quas nos ordine explicabimus. Esto igitur septima ratio: Omnes, qui sub originali fuerunt, grandioris ætatis accessu personale peccatum contraxerunt. At Beata Deipara nunquam subiecta fuit actuali peccato. Ergo nec originali. Respondeo, primo maiorem non esse apud Papistas certam. Nam Bernardus, & Thomas, & omnes Dominicanii, concedunt quidem Mariam expertem fuisse peccati actualis, quia tamen conceptam affirmant in originali. Ratio iis est Sanctificatio. Itaque maiorem concedunt de iis tantum, qui ab vetero non sunt sanctificati. Maria in autem in iis esse negant. Tum autem ipsi Papistæ nonnullis sanctorum id tribuunt, ut nullum habuerint actuale peccatum, saltem Ioanni Baptista. Sed Catholici negant minorem, & obseruant, nulla autoritate Verbi diuini, imo contra autoritatem Verbi diuini, afferi nullum admisum à Maria peccatum actuale, qua de re alias. Neque Salmero alias argumentis contra disputat, quam auctoritate Bernardi, & Thomæ, quatuorque rationibus, quas primas in Bellarmino iam iam discussimus.

XXI. Octaua ratio: Quicunque preseruatur ab omni poena peccati opprobrio, quae venit fure in mares, fure in feminas, is est expers omnis peccati. At Beata Virgo, preseruata est ab omni peccati poena opprobrio. Ergo expers est omnis peccati. Probat minorem enumeratione. Pra-

mo à foimis concupiscentia, quae in ea fuit extinta, & ab omni peccato actuali. Secundo, à multitudine ærumnarum, & conceptuum, quia uno conceptu felicissimo fuit contenta, ab ærumnis etiam muliebris, quia in ea nihil sordidum, nihil immundum, nihil muliebre, quia est virago de viro sumpta. Tertio, à dolore partus, quia peperit exultabunda, & laudans, quia prius quam parturiret, peperit. Quarto, à viri subiectione, quia illi vir eius obsequebatur in omnibus, teste Thoma parte tertia, quæ trigesima articulo fecundo. Quinto, ab ea sententia, *Maledicta terra in operatu, in laboribus comedet ex ea cunctis diebus vita tua, spinas & tribulos germinabit tibi.* Vnde homines pro vita carnis sustentanda, à divinis contemplationibus impedituntur. At ab hoc libera fuit Virgo, affiduis contemplationibus pasta. Sexto, ab illa sententia, *In sudore vultus tui vesceris pane tuo,* teste Thoma, quia Virgines solute sunt à cura huius mundi, & soli Deo vacant, ut dicit Apostolus. Septimo, ab illo verbo, *Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in palucrem reuertteris.* Libera enim fuit à necessitate moriendi, quia peccatum Adæ non incurrit. Item ab incineratione, & corruptrione, quam Virginis tribuere non audet Augustinus sermone de Assumptione. Item ab expectatione communis resurrectionis, ut indicat festum Assumptionis.

XXII. Respondeo. Non constare, quare pœnas opprobriosas dixerit, & non simpliciter pœnas. Primo enim nulla potest esse peccati pœna absque opprobrio. Nam hoc ipsum opprobrium est, puniri ob peccatum. Secundo, nulla ratio est, cur à quibusdam pœnis sumatur argumentum, potius quam à quibuslibet. Sunt enim omnes pœnae quædam effecta peccati. Itaque positis effectis necessario ponitur causa. Et hinc peti debere vim huius argumenti, satis ostendit Salmero, ita concludens, *Si ab omnibus effectis peccati originalis est immunis, ergo & ab ipso peccato.* Atqui argumentum non omnia effecta nominat, sed tantum pœnas opprobriosas. Itaque mera est sophistice.

XXIII. Secundo negatur assumptio. Nam Virgo non caruit omnibus pœnis peccati, ne opprobriosis quidem, si opprobriosas ita dicit Salmero ut distinguat ab aliis quibusdam. Hoc inde apparet, quia eas certe pœnas, quas enumerauit in confirmatione, Salmero non potest negare esse opprobriosas. At illi tamen falsum est Virginem caruisse. Et primum illud de concupiscentia, & peccato actuali, peritio est principij inepta. Secundo, multitudinem ærumnarum & conceptuum, vix intelligo quomodo appellat, coniuncte, ut ærumnae ad conceptus pertineant, an separe, ut ærumnae pertineant ad totam vitam. Si separe, manifesto falsum. Nam virgo multas habuit in vita ærumnas, & grauissima in morte Filii. Sin autem coniuncte, primo incertum, quum nihil reuelaret Deus: Patres autem varie senserint, ut alias obseruatim. Secundo, etiam ærumnas eiusmodi, multæ, & quidem promiscue mulieres liberantur, ut nihil in eo sit momenti. Devinitate conceptus etiam facile negotium: Nam infinitæ sunt fueruntque mulieres, quibus semel omnino parere contigit. Tum, si quid in eo est momenti, ergo maius esset priuilegium omnino non parere. De doloribus partus, etiam vel falsum, vel saltem incertum. De viri subiectione, profecto falso, quicquid Thomas nugatus sit absque argumentis. De malædictione terra, & sudore vultus, itidem falsum. Nam contra quis dubitet à Iosepho fuisse nutritam? At Iosephus erat faber. Quid tum autem, si alieni vultus sudore nutrita est, potius quam suo? Id quidem infinitis aliis contigit conjugibus. Contigit & hodie infinitis Monachis, qui alieno labore sibi victum querunt. Tum autem ipse ille Thomas id probat à conditione Virginum, ut omnino necesse sit supponere omnibus id virginibus communem. Quanquam mentitur Thomas, quum eam sententiam Paulus affingat. Virgines esse solutas à curis mundi. Nunquam id Paulus dixit. Liberam fuisse à necessitate moriendi, ipsa mors satis confutat. Nam quod Salmero dicit voluisse virginem mori, ut conformis fieret filio, monasticum est somnum, non à nobis tantum reiiciendum, sed etiam à Vasque flagellatum, capi. deci. no disputationis centesima decima septima in tertiam Thomæ. Mortua est, non quia ipsa dignaretur mori, sed quia constitutum fuit ei, sicut & reliquis, propter peccatum primi parentis semel corporaliter mori, & ab hac constitutione ipsa nunquam liberata fuit. Denique non expect. r. resurrectionem, soli ij credunt, quibus nulla fabula tam stupida est, ut fidem non mereatur. Papistæ, inquam, apud quos codem iure festum Assumptionis est solemnne, cum festo Conceptionis.

XXIV. Nona ratio, ab honore, quem matri sue debere eius filius, à qua legi ne Christus quidem excipitur, quia voluit sponte sub lege fieri, ut redimeret nos. Honor vero parentibus debitus, principalis in subueniendo est, & succurrendo illorum necessitatibus, etiam propulsando, & præueniendo, si fieri potest. Cum ergo Sancta Virgo, quatenus Adæ filia est, futura esset Diaboli præda, & inde indignationem Dei incursura, iustum erat filii munus, quum id facere posset, occurrere Dæmoni, & succurrere matri.

XXV. Elegans argumentum, sed apud eos certum, quos non pudet, etiam hodie Christum regnanti in cœlis, Mariæ iussiōibus subiicere. Et vide mihi iniuriam iudicii. Nam in praecedente argomento Mariam non liberarunt tantum à subiectione coniugali, sed etiam prefecerunt marito, contra ordinem naturæ. Hic vero Christum non nudum hominem, non venturum matri sue subiicere. Quod genus hoc monstrum est? Enimvero matrem, nemo inquam magis honorauit, quam Christus, qui ei subditus fuit in omnibus. Sed non propterea, omnia ei tribuit, quæ cuiilibet fanatico Jesuitæ omniniare contigit. Potuit eam à morte liberare, nec liberavit tamen. Potuit omnibus doloribus eximere. Potuit dispensare à fuga in Ægyptum, & omnino nulli tyrannorum saevicie obnoxiam facere. At horum nihil præstit. Cur de peccato magis credibile est? Nam quod de præda Diaboli additur, meum est *μεταπονέσσαι.* Non enim sunt præda Diaboli, quicunque sunt peccatis obnoxii. Sed ij tantum, quibus peccata non remittuntur.

XXVI. Decima ratio, à pœna serpenti debita, & inflicta. *Quum* enim serpens primam foeminam mendaciis & fraude superasset, in huius vindictam facinoris pronunciatum est, *Quia fecisti hoc, inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum.* Hoc est, quia vicisti fraude mulierem, hæc tibi sit pœna, ut virtute à muliere vincaris. Et sicut tu eam perfecte vicisti, nunquam ab illa superatus, talis

DE PECCATO ORIGINALI.

go debet esse mulier pro pena tua, quæ te vincat, nunquam à te superata. At hoc verum esse non possit, si hanc mulierem peccati originalis ream, sub dominatu habuisset suo. Quod enim ius, aut quæ iustitia fuisset, si ab eo victa præliaretur cum viatore? Tum autem Paulus ob id probat Abrahamum ex fide iustificatum, & non ex circuncisione, quia Scriptura prius illi tribuit iustificationem ex fide, quam narrat circuncisionem. Ita hæc prius nominatur inimica Dæmonis, quæ duelli contra eum, & victorię in eo parta autor fuit. Nec obstat, inquit, quod Hebrei cepronomen ad semeum referuntur. Nam si omnes Christiani, conterunt Satanam sub pedibus suis, & Christus Apostolis dixit: *Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, quæcumq; magis hoc habuit Virgo?* Hæc Salmero pene ad verbum. Perstringo, ut per partes vis argumenti fiat manifestior. Quæcumque mulier perpetuas inimicitias cum serpente exercuit, cuiusque caput continxit, ea nulli vñquain peccato fuit obnoxia. At Virgo Maria ea fuit mulier. Ergo nulli vñquain peccato fuit obnoxia. Probatur allumptum illo loco ex tertio Genesios. Probatur maior. Primo, quia sicut mulier victa est à serpente, qui nunquam est ab ea superatus, sic serpens vinci debet à muliere, quæ nunquam fuerit ab eo superata. Secundo, quia nullum ius patitur, ut vicitus cum viatore prælietur. Tertio, quia ea mulier ante nominatur inimica Dæmonis.

XVII. Respondeo, argumenti partes esse distinguendas, ut una sit de inimicitiis perpetuis, altera de contritione capitatis. De prima, propositio maior est falsa. Nam si quæcumque mulier inimicitias exercet cum Diabolo, ea est sine peccato: Ergo ne soli Virginem id priuilegium Jesuitæ vindicent. Nam ex inimicitia communes sunt omnibus mulieribus, vñiuersaque mulieris semini. Non enim mulier illa, specialiter Mariam Virginem significat, sed Euam, quæ à Diabolo erat decepta. Prima confirmatione pertinet ad alteram partem. Secunda est ineptissima. Nam alias nulli omnino Christiano ius est belligerendi cum Satana. Quod quis credet? In tertia quæ mens esse potest? Abrahamus, quia ante declaratur iustus, quam sit circumcisus, non est iustificatus ex circumcisione. Ergo Maria prius nominatur inimica Dæmonis. Quid hoc est, inquam? Aut cur prius? An potius Mætrum nou vox, sed mens fugit ipsa!

XVIII. In altera parte, fatetur, eum, qui contritus erat caput serpentis, debuisse omni peccato carere. Sed negatur id dictum de Maria, dictum potius de vñico mulieris semine, id est, Christo, ut antea disputatum. Imo nihil interest, inquit Salmero. Curiam vero, inquam? Quia omnes fideles conterunt Satanam sub pedibus: quanto magis Maria? Imo, inquam, primo, hoc postremum non probatur: hoc, inquam, multo magis Mariam pedibus conterere Satanam: ac si est verum, profecto ita verum, quomodo fideles dicuntur alij alii fortiores, & sic Paulum verisimile est triagis sub pedibus triuississe Diabolum, quam promiscuos fideles, qui tamen & ipsi contruerunt. Secundo, hoc ipso eneruerunt Salmeronis argumentum. Nam si omnes fideles dicuntur conterere Satanam, tum alterutrum necesse est, aut omnes fideles carere omni peccato, quod est falsum, aut non omnes qui conterunt Satanam, carere omni peccato, quod verum. Ac proinde non concluditur isto argumento, Virginem carere omni peccato, ut erat propositum.

XIX. Undecima ratio: Si nullus gradus rerum deest in vñiuerso. Ergo Beata Virgo caruit omni peccato. At prius verum, ergo & posterius. Probatur allumptum, quia id pertinet ad Dei sapientiam, quæ vidit cuncta quæ fecerat, esse valde bona. Secundo: Si in ordine naturalium nihil deest perfectione vñiuersi, & omnes rerum & productionum gradus in ea inueniuntur. Ergo similiter in ordine spiritualium, & redemptionis creaturatum rationarium idem inuenitur. Probatur Antecedens, quia præter Angelicam naturalam pure spiritualiem, & eam, quæ pure corporea est, omnique spiritu spoliata, tertiam ex vñiq; constantem, hominem Deus condidit.

XVIII. Nulla igitur iusta exceptionis causa est. Imo illud vehementer absurdum, Gerardus pronunciat, vt in ijs vniuersalibus affirmatius comprehendatur Maria Virgo, oportuisse nominatum expreſſam. Nā hoc quis ferat? Aut quis non videat ita apertum esse ostium culibet eximendi quenlibet? Nam certè ego nunquam legi in Scripturis nominatum Iesuitas conceptos in peccatis, aut Franciscanos, sed ne ijs quidem aduersarios Dominicanos. Euge ergo Iesuitæ, Franciscani, bonam spē mihi concipite, fore aliquando, vt hoc ipsum priuilegiū, quod nunc vos tam sollicite arrogatis Virgini, vobis ēt committetur. Sed contra norunt omnes, posito semel axiome vniuersali: fidem fieri debere priuilegiū, si quis velit inde excipi. Sic Basilius paulo ante, in hisce vniuersitatibus, vni testimonium perhibetur, quod peccatum non fecerit. Præterea, quam putas eorū esse, qui disertissimi, constantissimiq; enunciationibus scriptis: (Nam Augustinus paulo ante præter Mediatorē dicebat certissimū esse nullū, vel fuisse, vel futurum esse hominem, perfecte iustum) qui his, inquam, enunciationibus audent exceptions opponere, à priuilegio: primū non scripto: nam ipsi fatentur nullo cōstatre testimonio scripto certo: deinde non confessio ab omnibus: multi n. se se opponunt, ēt ex medio Papismo: deniq; ipsi ēt afferentibus dubiæ fidei? Scilicet hoc est Ecclesiam docere: Hoc est pietatē instillare. Hoc est deniq; colūnam esse veritatis. Porro de Ecclesia, de Conciliis, de Pontificibus, non est necesse iterum dicere.

XIX. Secunda solutio generalis, in hanc formam redit. Non omnes Adæ posteros esse obnoxios peccati: sed eos tantū qui sunt obnoxii legi peccati. Qui autem ab ea sunt libertati, eos peccato non esse obnoxios. Porro Virginem B. liberatam esse calege: priuilegio singulari. Hoc autem probat. Quia fuerit ab æternō, & ante præuisionē peccati originalis, prædestinata, vt esset mater Dei. Hoc ipsum probatur. Quia Christus ex ea natus fuerit itidem prædestinatus ante originalis peccati præuisionem, quia Filius est Dei non adoptivus, sed naturalis, & præcessit omnes electos, tanquam vera causa electionis. Prædestinatus autem, non tanquam homo duntaxat, sed tanquam Filius hominis, id est, Virginis. Et quia propter relationem non potuit mater à filio separari: ergo, si Filius ante præuisionem peccati originalis fuit prædestinatus, & mater quoque. Itaque superuenienti legi peccati non fuit obnoxia.

XX. Hæc vero luculenta sunt argumenta desperatae pertinacia, quæ fleſtere si nequeat superos, Acheronta mouebit, id est, quidlibet inquiret, comminiscetur, fingeret, potius quam apertam veritatē excipiat. Respondeo: Nullum dari Adami posterum, tantū hominem, qui ab ea lege peccati sit liber. Nec contrarium probatur. Fuit, inquit, Maria prædestinata ante præuisionē peccati originalis. Respondeo: prædestinationem hanc sumi, vel generaliter, pro decreto Dei, vt Maria nasceretur: vel specialiter, vt solent Papistæ, pro prædestinatione ad salutem in Christo, ciuique media. Hoc sensu posteriori negatur Maria esse prædestinata ante præuisionem originalis peccati. Nam, quia prædestinata est ad salutem per Christum, ciusq; merita, vt ipsi fatentur Pa-

pistæ: necesse fuit ordine priorem esse præuisionem peccati. Nam etiam Christum Mediatorem fuisse prædestinatum, nondum præuiso peccato, omnino falsum. Nam Mediator est ad conciliandum Deo eos, qui eius gratia exciderant. At nemo à gratia excidit, nisi propter peccatum. Neque obstar quod Christus sit Filius naturalis Dei. Nam id intelligentum proprie habita Deitatis ratione. Et si autem idem qui Mediato, id est, Deus & Homo, sive Verbum incarnatum, sit Filius naturalis: tamen distinet maneratio filiationis, & mediationis. Mariam ergo non prædestinata m ad salutem ante præuisionem peccati, necesse est obnoxiam fuisse legi peccati. Quod si iam prior modo Prædestinatione intelligatur, negatur propterera esse immunem à peccato, quia sit prædestinata ante præuisionem peccati. Nam & Adam ante prædestinatus est vt esset, quam esset præuisionem peccatum originale. Nempe, quia peccatum originale nullum est, aut esse potuit, nisi ab Adamo. Est enim relatio inter hominem & peccatum. Itaq; si propter relationem Matris, & Filii, non potuit Christus prædestinari abliq; Maria: similiter propter relationem peccantis, & peccati, non potuit peccatum præuideri, quin præuideretur Adam. Itaq; neutrō modo conficitur Virginem fuisse immunem à peccato. Recte autem Bellarminus vidit, non posse dici Mariam redemptam in Christo, nisi fuerit obnoxia legi peccati.

XXI. Præterea, quod genus consequentia est, Si Christus fuit prædestinatus ante præuisionem peccatum: ergo & Maria. Atqui, inquit, propter relationem separari non potest mater à filio. Itane? An ergo non est eadem relatio inter matrem & filiam? Ergo inseparabilis est Anna à Maria. Si igitur Maria prædestinata est ante præuisionem peccatum: ergo & Anna: & inde gradatim ad Euam: Ergone Anna ergone Euam: ergone quæcumque inter Euam & Annam fuerit in eius genealogia serie, fuerunt absque peccato? An potius bardus est & stupidus Gerardus, aut etiam aliquid amplius?

XXII. Tertia solutio eodem fundamento nititur cum secunda, nimirum Virginem non obnoxiam fuisse legi peccati. Sed hoc aliter probat. Vt quis eset particeps peccati hominis primi, non sufficere, vt in eo contineretur tanquam primo patre, naturali q; principio humani generis, sed etiam vt lege diuina constitueretur Adam caput omnium, horumq; voluntates in eius voluntate censerentur, ita vt omnium nomine transgrederetur mandatum. At ab hac lege Virginem fuisse exceptam. Nimirum, quia id pependerit à sola voluntate filij, qui eam sibi iam destinarat matrem. Sic fundi dominum, posse de fructibus statuere pro arbitrio, etiam antequam floreat arbor: & si ancillam vterum gestantem vendat, posse excipere infantem. Ita docuissi Catharinum Senensem, Galatinum Franciscanum, Vignerum Tholosanum.

XXIII. Sed nihil hic magis solidi, quam in præcedentibus. Imo mirum, potuisse Iesuitam venditare hanc solutionem, iam à Bellarmino improbatam. Hæc sententia, inquit, nobis non admodum tuta esse videtur, & contraria omnino subscribimus. Nā inter Catholicos conuenit, beatā Virginem per Christi sanguinem verè fuisse redemptā, & quod Apostolus ait, Christus pro omnibus mortuus est, sine ulla exceptione accipendum. At si B. Virgo, neq; actu, neque potentia, neque in se, neq; in parente suo, peccauit, quomodo, quā, redempta dici potest? Ita Bellarminus. Adde, nō tolerandum homunciones ita nugri de Dei arcana voluntate: vt eam metiantur ex rationibus priuatis. Vendit quis ancillam prægnatam, at infantem excipit: ergo Adamum subdidit Deus legi peccati, Mariam minime. Ne infantes quidem apud nos, magis garriunt pueriliter de Regum negotijs. Ceterum Catholici dicunt, eo ipso, quod fuit Adam cōstitutus pater omnium hominum, etiam factum esse eorundem caput: ac proinde reliquorum voluntatem, in eius voluntate censam. Itaque Mariam, vt reliquos, eo ipso, quod est ab eo nata, ab eo peccatum participasse.

XXIV. Quarta solutio, Gerardo communis est cum Bellarmino: Beatam Virginem ex vi sua conceptionis, fuisse obnoxiam originali peccato, seu debitum habuisse contrahendi illud, nisi diuina gratia fuisse impeditum. Bellarminus, non negari Virginem in Adamo peccasse, ac obnoxiam fuisse, vt quando actu esse inciperet, reipsa in se peccatum haberet, tamen præuentum singulari gratia.

XXV. At hæc nulla solutio est argumenti: sed duntaxat theses affirmatio, quæ mera est phantasia. Nam quis non sic eludat omnia argumenta? At nostra argumentatio disertissime probat, non omnes in Adamo esse peccatores, sed omnes ex Adamo natos obnoxios esse peccato. Atq; huc collimant testimonia, tu ēt Scripturis, tu ēt Patribus, Ex operib. legis nulla caro iustificabitur. Quid hoc est? an de sola potentia intelligi potest? Imo de actu. Nā iustificatio ita intelligenda. At si Maria potentia tantum fuit peccatrix, nunquam autem actuero semper fuit actu iusta, itaq; ex operibus legis iustificata, quia caruit peccato. Augustinus negat illum, aut fuisse, aut esse, aut futurum, in quo fuerit perfecta iustitia. Certe si in Virginem nullum unquam fuit peccatum: fuisse neceſſe est perfectam iustitiam: contra Augustinum. Deniq; Christus excipitur, & diserte solus excipitur. Hoc autem, pertinetne ad actuū nihil: Imo Basilius, Vni testimonium perhibetur, in qua actio, quod peccatum non fecerit. Non potest eludi: nam non potest eludi, intelligendum de eo qui actu peccator est, non tantum potentia. Itaq; Basilius obseruavit, solum esse Christū, cui Spiritus Sanctus testimonium perhibet, quod actu non fuerit peccator. Atque inde conficitur, s' dīa aīz aīz.

XXVI. Vasques c. 10. disp. 117. eti solus Christus nominatum excipiatur, tamen contendit etiam matrem excipiendam. Argumentum illi, quia tum agitur non tantum de peccato originali, sed etiam de actualibus. Itaq; si Virgo non exciperetur, suhici eam eporteret peccato originali: quod ille fieri non patitur.

XXVII. Sed nos solum Christum excipi luculenter audiimus: itaq; negamus eius matrem exciendam, quia implicaretur contradic̄io. Sunt enim contradictiones, solum Christum excipi, & non excipi solum Christum: non excipitur autem solus Christus, si præter eum Virgo. Illud de peccato actuali absurdum est quidem, at non argumenti, sed Vasquij, qui ponat id ipsum quod est controvēsum.

C A P. IX.

Christum fuisse Seruatorem Matris sue.

Secundum argumentum Catholicorum à Christo Saluatore: Quibusq; Christus sua morte salutem peperit, iij fuerant obnoxii peccatis. At Beata Virginis Christus sua morte salutem peperit. Ergo Beata Virgo fuit obnoxia peccatis.

I. Probatur maior. Matthæi 1. *Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim seruabit populum suum ex peccatis ipsius.* Marci secundo, *Iis qui valent; non opus est medico; sed iis qui male affecti sunt.* Non veni ut vocarem iustos, sed peccatores, Ad Roman. 4. *Christus, cum adhuc nullis viribus essemus, sio tempore pro impiis mortuus est.* Enim uero vix pro iusto quicquam moriatur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Commendat autem suam caritatem erga nos Deus, quod, cum adhuc essemus peccatores, pro nobis mortuus sit. Si cum inimici essemus reconciliatio suum Deo per mortem Filii eius, multo magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius. Quarto, Traditus est propter delicta nostra, & reforzexit propter inscriptionem nostram. Prioris ad Corinþ. 15. *Christus mortuus est pro peccatis nostris.* Prioris Petri 3. *Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus pro iniustis,* ut nos ad Deum adduceret. Ad Galatas 3. *Christus redemit nos ab execratione legis,* dum pro nobis factus est execratio. Zozimus Romanus Episcopus apud Augustinum Epist. 157. *Nullus, nisi qui peccati seruus est, liber efficitur, nec redemptus dici potest, nisi qui vere per peccatum fuerit ante captiuus;* sicut scriptum est, *Si vos Filius liberauerit, vere liberi eritis.* Ipse Augustinus contra Julianum lib. 6. c. 2. *Vnus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt.* Quo corde, quo ore, qua fronte parvulos mortuos negatis, pro quibus Christum mortuum non negatis? Quicunque enim baptizati sumus in Christo Iesu in morte illius baptizati sumus. Si autem etiam pro eis mortuus est: ergo & omnes mortui sunt: & isti cum omnibus. Et quia in peccato mortui sunt moriuntur & peccato, ut vivant Deo, quando renascuntur ex Deo. Leo secundus. i. de Nativitate, *Vna cunctis letitia communia est ratio, quia Dominus noster peccati, mortisque destructor, sicut nullum a rectu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit.*

III. Probatur minor. Luce*i*: Magnificat anima mea Dominum & exsultat spiritus mens super Deo Seruatore meo. Quia respexit humilitatem ancilla sua. Ecce enim ex hoc tempore beatam me predicabunt omnes etates, quia magnifice tecum egit potens ille, cuius sanctum est nomen. Et cuius misericordia a progenie in progeniem timentibus eum. Augustinus Epist. 28. Certus sum, animam nulla Dei culpa, nulla Dei necessitate, vel sua, sed propria voluntate in peccatum esse colapsam, nec liberari posse de corpore mortis huius, vel sua voluntatis virtute, tanquam sibi ad hoc sufficiente, vel ipsius corporis morte, sed gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: nec omnino esse animam ullam in genere humano, cui non sit necessarius ad liberationem mediator Dei, & hominum homo Iesus Christus. Etenim Act. 4. Non est in alio quoquam salus: nec enim aliud nomen est sub celo quod datum sit inter homines, per quod oporteat nos seruari. Quinti Belarminus ipse lib. 4. de Amilione gratiae cap. 16. Inter Catholicos conuenit, beatam Virginem per Christi sanguinem vere fruisci redemptam, & quod Apostolus ait, Christus pro omnibus mortuus est: posterioris ad Corinthios quinto, sine ulla exceptione esse accipendum. Sed Augustino nihil disertus Epist. 157. Illud, ubi vel maxime fides Christiana consistit, quod per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et statim recitat non paucis ex Apostolo, & si qua alia testimonia declarant neminem nasci ex Adam, nisi vinculo delicti, & damnationis obstrictum, neminemque inde liberari, nisi renascedo per Christum, tam inconcussa tenere debemus, ut sciamus eum qui hoc negauerit, nullo modo ad Christi fidem, & ad eam quae per Christum datur pusillis, & magnis Dei gratiam pertinere.

IV. Respondent Papistæ distinguendo, dupliciter, seruari posse homines, vel curatiue, vel præseruatiue: sic enim loquuntur, & explicant exemplo artis Medicinæ, cuius partes duæ, una tuendæ sanitatis, ac proinde præcauendi morbos, altera restituendæ, cum quis reuera in morbum incidit, atq; ab eo liberatur. Christum Seruatorem eis vtroque modo. Itaq; maiorem concedunt, de ijs qui curatiue saluat, sed negant Minorem. Mariam enim non à peccatis contractis fuisse saluatam: sed a contrahendis præseruatam. Quia enim erat ex Adamo naturaliter, ideo fuisse ei necessario incurendum peccatum, nisi gratia præuenisset. At vero si de ijs argumenta im sumitur, qui seruantur præseruatiue, concedunt minorem, sed maiorem negant.

V. Verum hoc qualecumque *κενοφυτό*, simile est præcedentibus somniis: hoc est recens, & omnino à commentis eorum, qui in hanc superstitionis partem inclinarunt, ut Virginis nomine abuterent ad fidem idolatriam. Itaque nemo vñquam fuit eorum, qui hanc distinctionem ullo fulcierit testimonio, vel Scripturæ, vel Veterum doctorum. Et sanè nemo vñquā, ante hanc natam superstitionem, simile quid audierat. Magnum iam præiudicium. *Quis enim, aut Franciscanis id dedit, aut Iesuitis, ut pro arbitrio nugas obtrudant Ecclesiæ pro dogmatis fidei?*

V. Quid^s quod contra Scripturā contra Patres? Nam Scriptura, Sanis non est opus medico, sed ijs qui sunt male affecti, oī ῥράσις inquit, apud Marcum, & Matthæum, & Lucam. Quis vero xαράκης appellat eos, in quibus plena est sanitas? Augustinus sermone 10. de Verbis Apostoli, Nullus hominum in ista, qua ex Adam defluit massa mortalium, nullus omnino hominū non ægrotus, nullus sine gratia Christi sanatus. En tibi disertē nullum non ægrotum, nullum non sanatum. Cur isti aliquem vñquam ægrotum, ac prouide duntaxat præseruat? Tum autem, non veni vocare iustos, quid est? Aut, suntne inter non iustos iij, qui præseruantur, si qui præseruantur? Certe & Paulus dixit traditum iustum pro iniustis. Ne mihi ergo præseruationem quisquam occinat. Nam iij pro quibus traditus est Christus, sunt iniusti. At iniusti non sola indigent præseruatione, sed curatione.

VII. In Patribus; qua fronte sustinebunt Zozimum negantem, liberum non effici si qui peccati seruus sit, non redimi, nisi qui per peccatum fuerit ante captiuus? Certe qui præseruantur, corum nemo seruit, nemo captiuus fuit. Nam præseruatio auertit impendens malum, quod tamen actu nullum est: qui vero seruit, qui vero captiuus est, is non impendens malum metuit: sed presens sentit potius. Ita Episcopi Romani sentiebant olim. Cur mutarunt?

VIII. Sed & hæc Augustini difertissima, *Neminum liberari, nisi renascendo per Christum.* Certe renasci nō potestis dici, qui præscrutari. Omnia enim renasci supponit præcedentis generationis corruptionem. Idem in Julianū l. 6. c. 1. *Nec secundum hoc, quod homo esse dignatus est Filius, de mundo fuit. Quid ita? Nisi quia in illo peccatum nunquam fuit, propter quod omnis homo prius mundo non Deo nascitur: & ut Deo nascatur, de mundo eligitur qui renascitur, ut iā non sit de mundo.* Audiri prius mundo nasci, qui postea renascitur Deo: Collige argumentum, Quicunq; renascitur per Christum, idem prius nascitur mundo. At qui cunque liberatur per Christum, idem renascitur per Christū. Ergo, quicunque liberatur per Christum, prius nascitur mundo. Perfice. At Beata Virgo liberata est per Christū. Ergo Beata Virgo, prius nata est mundo.

I X. Sed illud de morte Christi magis vim habet. Concedit Bellarmi-
nus, afferunt Patres pro Maria matre, mortuum esse Iesum Filium. Ergo, in-
quam, Maria non fuit semper iusta. Vnde id? Nam Christus pro peccatis mor-
tius est. Quid hic illi? Ad præseruandum, inquietus, non ad curandum. Nem-
pe, inquam, qui præseruantur, nunquam peccatum habuerent. Ita enim tu ser-
tis Iesuita: & sentis semper frustis iustos. Quid inde confit? Nimirum hoc
Christum mortuum esse non solum pro peccatoribus, sed etiam pro iustis.
Atqui hoc ipsum est Juliani Pelagiani ~~an~~ 1097 p. 111. Pura, inquam, pura est
Pelagiani erroris fruticatio. Augustinum audi contra detonantem lib. 6. cō-
tra Julianum c. 1. Si abs te quaram, si non sunt inter peccatores habendi, quomo-
do pro eis mortius est, qui pro peccatoribus mortuus est? Respondebis non pro solis
peccatoribus mortuum, quamvis sit etiam pro peccatoribus mortuus. Quod quidē
nunquam legis in diuinis autoribus: mortuum scilicet esse Christum etiam pro eis
qui nullum habuerunt omnino peccatum. En tibi Augustinum Calvinistam, qui
ab autoritate Scriptura negatice argumentatur: hoc primum in Juliano re-
prehendens, quod nescio quid comminiscetur præter Scripturam: quomo-
do & nos in Franciscanis, in Iesuitis, Præseruationem improbamus. Et pri-
uilegium, & geminam conceptionem; & prædestinationem ante præuisum
peccatum, & nonnulla præterea in hoc argumendo: in alijs plurima. Sed
nunc saltem: & Pelagianus dixit, & Augustinus improbavit, mortuum esse
Christum pro aliquo, qui nullum nunquam peccatum habuisset.

X. Nec improbatur tantum: sed & refutat. Attende, inquit, quam validis testimoniis urgari. Tu dicas etiam pro peccatoribus mortuum: ego dico non nisi pro peccatoribus mortuum: ita ut respondere cogaris, si nullo peccato parvulis obstricti sunt, non esse pro parvulis mortuum. Dicit .n. ad Corinthios. Quoniam unus pro omnibus mortuus est. Ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est. Nullo modo hic negare permitteris, non nisi pro his qui mortui sunt, mortui fuisse Iesum. Quos igitur hoc loco intelligis mortuos? Nunquid eos qui de corpore exierunt? quis ita despat, ut hoc sapiat? Eo modo itaque intelligimus mortuos, pro quibus omnibus unus mortuus est Christus, quomodo alibi dicit: & vos cum esetis mortui in delictis & præputio carnis vestre, vivificauit cum illo. Ac per hoc, unus, inquit, pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: stendens fieri non potuisse ut moreretur, nisi pro mortuis. Ex hoc .n. probauit omnes mortuus esse, quia pro omnibus mortuus est unus. Impingo, inculco, infercio recusanti. Accipe Salubre est: Nolo moriaris. Unus pro omnibus mortuus est: ergo omnes mortui sunt. Vide quia consequens esse voluit, ut intelligentur omnes mortui, si pro omnibus mortuus est. Quia ergo non in corpore, restat ut in peccato esse mortuos omnes, si pro omnibus Christus mortuus, nemo negat, nemo dubitet, qui se non negat aut dubitat esse Christianum. Quapropter si nullum trahunt peccatum parvuli: non sunt mortui. Si non sunt mortui, non est mortuus pro eis, qui non est mortuus, nisi pro mortuis. Tu autem iam in primo tuo libro contra nos clamans, dixisti Christum etiam pro parvulis mortuū. Nullo igitur modo negare permitteris eos trahere originale peccatum. Nam mortui, unde si non inde? Hac Augustinus contra Julianum. Non de Beata Virgine, fateor: sed de parvulis: ita tamen, ut mutato solum nomine, de Virgine eadem argumenta æque concludant. Omnes pro quibus mortuus est Christus, mortui sunt in peccatis. At pro Virgine mortuus est Christus. Ergo Virgo mortua erat in peccatis. Maiores nos post Augustinum probamus ex Paulo. Minorem de parvulis Augustinus probabat Iuliani confessione. Nos de Virgine, & ipsius Virginis verbis: & confessione Bellarmi. Conclusio ergo æque certa de Virgine nobis contra Papistas: ac de infantibus Augustino cōtra Julianū. Quin Bellarm. veritas cogit nō dissimiliter argumentari: capite 7. lib 4. de amissione gratiæ. Dominus pri iniustis paltus & mortuus est: ex 53. Isaïæ: 5. Roman. 3. prioris Petri. Mortuus autem est pro omnibus, 5. posterioris ad Corinth. 2. prioris ad Timoth. Ignoti omnes iniusti, & peccatores sunt: aut certè fuerunt. Sta confessis, Bellarmine: neque huius consequentia necessitatem infringito vna haec exceptione, quam ne tu quidem pro certa aedes venditare. Similis locus Augustini 8. serm. de Verbis Apostoli, Venit Filius hominis querere, & salvare quod perierat. Qui dicit infantilem statem non habere quod saluet Iesum, omnibus fidelibus infantibus Christum negat esse Iesum. Qui dicit, inquam, infantilem statem non habere quod saluet Iesus in ea, nihil aliud dicit, quam Christum Dominum fidelibus infantibus, id est, in Christo baptizatis infantibus non esse Iesum. Iesus enim quis est? Interpretatur Iesus Salvator. Salvator est Iesus. Quos non saluat, non habendo quod in eis saluet, non est illis Iesus.

XI. Estigatur illud, quicquid est, de Redemptione præseruatua, somnium Papisticum. Ettamen Gerardus tract. 13. p. 1. disputat. Primum argumentum: Angelis saluati sunt: qui tamen nunquam peccarunt. Ergo iij saluati sunt præseruatue. Quare aliquai saluantur præseruatue. Secundum, Inter homines multi fuere: sicutque etiam multi, qui gratia Dei præseruantur, ne cadant in multa peccata, in quæ incidereat sine dubio, alij que ea præseruantur gratia. Id probat aliquot scripturæ locis, qua proprijs, qua detortis, & autoritate Augustini libri 3. Confession. c. 7. & in quinquaginta homiliis, homil. 13. tum Bernardi serm. 2. de septem Misericordiis Domini.

XII. Respondeo primo, nusquam me legisse Angelos fuisse saluatos. Sed legisse duntaxat primo ad Ephesios, ἵνα τὰς φάσιας οὐ ποτὲ τὸ Χελώνη τὸ τέρας υποφύσει, οὐ τὰ ιτιζήν. Deum recollegisse omnia in Christo, qui in celo quaque in terris sunt. Quo loco pro ἀράξ φάσιν οὐτας. Latina edirio, instaurare, dixit, eam ob cauillam flagellata ab Hieronymo. Sed locum varijs varie exponunt. Quidam per μέτρα τις εργάσοις, Angelos intelligunt. Nemo tamen salutem. Imo Thomas disertet, Quia in cælis, id est, Angelos: non quod pro Angelis mortuus sit Christus sed quia redimendo hominem, redintegratur ruina Angelorum. Nota, non esse Christum pro Angelis mortuum: quod ipsum Thomas haber Augustino in Enchiridio c. 61. Non enim pro Angelis mortuus est Christus. Primalius, Multi super hacre diversa senserunt. Et paulo post. Sed quoniam restaurari non dicitur, nisi lapsum: melius est, si eorum Angelorum gaudia per salutem hominum restauratum esse dicamus, quod ante habuerant, quam homines à iustitia penitus declinarent. Et his tamen Interpretis error imponebat. At post Chrysostomum Oecumenius, Αἰαχε φαλαίωσας, τὰ πάντα στραφεῖς, ἵνα ταῦτα, μιαν καὶ φαλαίωσας θέσθεντο γεύεταις οὐδὲ θρωποῖς τὸν Χελώνη ἀποκείμενος, γόνος οὐτοῦ οὐ ἄγελος οὐ εἰς θρωποῖς σπῆν Φευγάντων, οὐ πάντας δια Χελώνης. Recapitulare omnia, hoc est, connectere, unire, unum caput imponere Angelis & hominibus, Christum. Erant enim separati Angeli ab hominibus, itaque coniunxit eos, & uniuersit per Christum.

XIII. Quia igitur nunquam dicuntur Angeli saluati, redempti, reconciliati;

liati; nec enim poterant: qui nūquām perierant, nunquam venierant, nunquam alienati erant à gratia: denique, quia pro ea, teste Thoma, Christus nō est mortuus: omnino absurdum argumentum est. At pto Maria mortuum esse Christum fatentur Papistæ: Saluatam esse, ipsa testatur, quæ oīnē sū agnoscit: Ideoque redemptam nemo negare potest. Nam hæc est redemptio, salus per Christi mortem. Ergo non tantum nulla est per præservationē salutatio: sed si maxime aliqua esset pro Angelis, at nulla saltem pro hominibus: nulla pro Maria. Nam hominum, nam Mariæ longe alia ratio est quam Angelorum: cum pro illis mortuus sit Christus: at non pro istis.

XIV. Ad secundum, quod est de hominibus: fatemur multos homines præseruari à multis peccatis, in quæ poterant incidere. Nam & quotidiano experimento fit certum: & ita docetur cum alijs locis; tum isto, quum iubemur precari, Ne inducas nos in tentationem. Sed hoc ad rem nihil. Est n. quaestio non de singulis peccatis: sed de omnibus omnino: imo, non de peccatis simpliciter, sed de damnatione. Damnationem autem euadit, nō qui hæc aut illa peccata cauer: sed qui omnino omnia. Nam qui offendit in uno, omnibus tenetur: Iacobi 2. Quare eti Hænoch præseruatus fuerit, ne idolatriam se etaretur, tamen idem saluatus est, non præseruatione: sed curatione. Sic reliqui: sic & Virgo, in qua potentissimam fuisse gratiam, longeque magis, quam in vlo vnquam homine, ut peccatum vinceret, libenter agnoscimus. Sed saluatam præseruatione, neque Gerardo, neque vlli Iesuite, neque Franciscanis concedet veritas.

XV. Præterea Scriptura Redemptionem nunquam appellat præseruationem à peccatis, sed dicitur, remissionem peccatorum. Ad Ephel. 1. In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius remissionem peccatorum ex diuina ipsius gratia. Et ad Colossem. 1. In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum. Addic iam confessionem Bellarmino, imo & Gherardi, Mariam verè redemptam esse sanguine Christi. Quid supererit? Nam si fuit redempta: ergo habuit redemptionem in sanguine Christi. Et si habuit redumptionem: ergo & remissionem peccatorum. Non igitur præseruationem tantum.

XVI. Possim altius. Non enim Angelorum Mediator est Christus. Augustinus testis in expositione cap. 3. ad Galat. Angelii, qui non lapsi sunt à conjectu Dei, mediato non opus habent, per quem reconciliuntur. Atque eam ob caussam Enchiridij capite sexagesimo primo, negat eundem mortuum esse pro Angelis, vt & Thomas. Bellarmine ipse de Christo lib. 5. cap. 8. assertit, Christum, ut Deum, fuisse etiam ante lapsum Angelorum, & hominum, caput eorum: Mediato autem Angelorum fuisse Christum, aut etiam hominum ante peccatum, falsum est. Alioqui etiam Patrem & Spiritum Sanctum faceremus Mediatores. Nam in primis Scriptura facit quidem Christum caput omnium Angelorum & hominum: At Mediato Angelorum nūquam facit. Paulus enim prioris ad Timotheum secundo, dum de Mediato loquitur, dicitur verbis affirmat, Christum Mediato esse Dei & hominum. Hæc Bellarmine. Nec tantum Angelorum negans Christum Mediato: sed etiā Adami ante lapsum: quod & Augustinus docet Enchiridij capite centesimo octavo, Cum factus est Adam, inquit, homo scilicet rectus, mediato non opus erat.

XVII. Satis hæc sunt perspicua? Primo, importuna erit ab Angelis instantia. Nam quid simile? Christus fuit Mariæ Mediato: at non fuit Angelorum. Etsi igitur constaret Angelos præseruatui seruatos: at nulla hinc esset ad Virginem consequentia, quæ non est seruata eodem modo, quo Angeli. Secundo, si Mediato nullus Adamo erat ante lapsum: sed tantum post lapsum: Ergo propter peccatum Mediato institutus est. Quod si præseruationis aliquis Mediato dici potest: cur dictum, non tantum non fuisse Adamo Mediato: sed etiam non opus fuisse? Cur non enim opus fuisse, ut præseruaretur? Sed nimur id certissimum est, salutem istam per præseruationem, nouitum esse Monachorum superstitionis, audaciorumque Sophistarum commentum. Summa esto, Quicunque eget Mediato, siue Redemptore, est peccator. At virgo indiguit Mediato. Ergo Virgo non fuit non peccatrix.

C A P. X.

De Misericordia Dei in Virginem.

I. Sed ex Cantico Virginis aliud elicetur argumentum. Quicunque misericordiam Dei expertus est, is meritus est peccati pœnam. At Virgo Beata, experta est Dei misericordiam. Ergo beata Virgo merita erat peccati pœnam. Itaque obnoxiam fuisse peccato male negant, qui negant. Probatur assumptum. Reflexit in rū mōlū in humilitatem ancilla sua: inquit ipsa Virgo, Luca 1. in quæ verba Theophylactus. ēkērō γδ ἐπέβλεψεν το επέρι μολύνω, τὸν ἑρακλεόν αὐτοῖς. οὐ με ἐλέπονται, τὸν ἑρακλεόν, Ille reflexit in me humilem, non ego ad eum suspexi, ille mei miserritus est, non ego eum quefisi. Tum rursus, τὸν ἑρακλεόν αὐτοῖς, ἀλλὰ τὸν μολύνων αὐτοῖς, Non in me solam misericordia eius, sed & in omnes timentes eum. Imo Bellarmine agnoscit c. 16. l. 4. de Amisione gratiae, beatam Virginem esse filiam misericordia.

II. Probatur maior. Primo ex 11. ad Roman. Conclusit Deus omnes in contumacia, ut omnium miseretur. Vnde quis non videt confici, misericordia Dei supponere peccatum? Attestantur Veteres. Cæsarius hom. 22. Est & terrena & cælestis misericordia, humana scilicet & divina. Qualis est misericordia humana? Ipsa utique, ut respicias miseras pauperum. Qualis vero est misericordia diuina? Illa sine dubio, quæ tribuit indulgentiam peccatorum. Hieronym. lib. 3. contra Pelagianos. Deus possibilia mandauit, hoc nulli dubium est, sed quia homines possibilia non faciunt, iadiccirco omnis mundus subditus est Deo, & indiger misericordia eius, aut certe si ostendere potuerit, qui uniuersa compleuerit, tunc poteris demonstrare esse hominem, qui non indiget misericordia Dei. Augustinus ad eam mentem libro Questionum Veteris & Noui Testamenti quæst. 1. Misericors Deus, quia peccantibus non facile reddit, sed sustinet, ut conuersi ignoscat. Et in Psal. 59. Non miseris, nisi irascaris.

III. Valentinus minorem non negat: sed maiorem violenter improbat tract. 13. 1. par. & 7. 2. Misericordiam enim longe latius extendi quam ad peccata. Argumentum primum. Quia alijs nulla esset miseria præter peccatum: & si hoc daretur: Ergo nullam agnoscit posse misericordiam humanam; quia homines non possint cōdonare peccata. Cum tamen legamus Matth. 5. Beati

misericordes. Secundum. Quia nulla esset Dei misericordia nisi in hominibus. At hoc falsum. Psalmi centesimo decimo nono, Misericordia tua, Domine, plena est terra. Psal. 89. Misericordia eius adspicitur in cœlis. Psal. 36. Domine, in cœlo misericordia tua. Tertium. Ergo in Angelos nulla esset Dei misericordia. At contra Bernardus, Quod Angeli creati, quod confirmati, misericordia est. Quartum: Ergo in Christum nulla esset Dei misericordia: qui tamen orauit Patrem, ut misericorditer liberaretur à Calice. Quintum. Peccati culpa, quia voluntaria, ad iram Deum prouocat potius quam ad misericordiam: potius namque meretur, potius quam indulgentiam.

IV. Sed hæc omnia frustra sunt. Primum argumentum uero, ei's aλογέρο. Nos enim argumentamur non à misericordia vniuersaliter: sed à misericordia Dei distinctè. Non est autem idem iudicium vtrinque, nimis de misericordia humana, & diuina. Etsi autem homines miscreantur, habita duntaxat ratione miseria; tamen Deus non dicitur misereri nisi habita ratione peccati, id est, supposito peccato: quia nemo miser est, nisi qui peccauit in Deum:

V. In secundo: Scriptura perperam citatur: & ex peruersione editionis Latinæ vulgatæ. Nam ijs tribus locis, Propheta visus est nomine Ιησοῦς, quæ gratuitatem proprie significat, siue gratiam, siue benignitatem, id est, affectum illum, quo quis sua propria bonitate mouetur ad benefaciendum alijs. At ἵλερο, quo verbo apud Lucam Maria vtitur; Latineque solet verti misericordia: aliud sonat. Nazianzenus in Definitionibus, ἵλερο, ιησοῦς οὐ μάθει αὐτούς, Μisericordia est miseria condolentia. Nemesius de Natura hominis c. 19. Misericordia, agitudo, quæ ob aliena mala. Quanquam Antonius Melissæ c. 27. plus æquo contrahat: ἵλερο, ιησοῦς οὐ μάθει αὐτούς, ἵλερο, ιησοῦς οὐ μάθει αὐτούς, διατελευτὴν φύσιν αὐτούς, Μisericordia est eorum qui ad compatiendum faciles sunt, affectus erga eos qui indigne deieicti sunt. Nam illud indigne nihil est. Alioquin nulla esset in homines Dei misericordia, quos constat non indigne esse miseros. Nisi forte illud ὁδὸς τῶν ἀξιῶν, quis interpretetur ὁδὸς τῶν φύσεων, præter propriam naturam: nam sic quodam bono sensu, dici potest homo indigne deiectus: qui non erat in id creatus. Scilicet ad rem, sufficit τὸ ἵλερο, esse condolecentiam miseriae: quæ longe est restrictior illa gratuitate, quæ Hebraicē Ιησοῦς dicitur. Ut facile hanc concedamus longe se porrige vltra peccata, peccatorumque pœnas; at illam non item.

VI. Itaque ad tertium, nego vllam esse Dei misericordiam in Angelos: nec mouet me Bernardus, deceperus à Latino interprete. Id potius certum, nullā vñquam fuisse Angelorum miseriā: ac proinde, neque Dei in eos misericordiam: sed infinitam tamen gratuitatem.

VII. In quarto, nunquam haec tens mihi auditum, misericordem fuisse Patrem in Filium suum. Hoc Gerardus a se excogitauit: ut multa solent Iesuitæ. Oratum esse Patrem ab eo, legi. At in ijs precibus, ne nomen quidem misericordiae imploraret. Fuisse miserum audio, sed vicissim factum, fuisse ητορο; factum fuisse peccatum lego: lego in eo punita fuisse nostra peccata. In quinto, certum, peccata non mereri misericordiam, sed iram. Sed hoc quid ad rem? Nam, nec Deus miseretur ipsius peccati, sed peccatoris, nec miseretur eorum, qui merentur indulgentiam: quod omnino fieri non potest; sed eorum qui iram. Itaque Augustinus dicebat, Non miseris, nisi irascaris, id est, nullam esse Dei misericordiā, nisi in eos qui eiusdem prouocarunt irā.

C A P. XI.

De aduersis Virginis.

I. Tertium argumentum Catholicorum: Quicunque obnoxius est miserijs à peccato, nec propter mere alia peccata: is est obnoxius peccato. At Beata Virgo obnoxia fuit miseria quæ à peccato, nec propter mere aliena peccata: Ergo Virgo Beata, fuit obnoxia peccato: contra quam Iesuitæ statuunt. Probatur maior. Nam omnes miseria quæ à peccato, sunt effecta peccati. Sublata autem causa, tollitur effectus. Deinde omnes eæ miseriae sunt pœnae peccati. At peccatum & pœna, relata sunt. Relata autem simul sunt natura. Itaque si nullum sit peccatum, nulla esse pœna potest. Augustinus Hypognostic. 5. Vbi peccatum non est, utique mors esse non debet. Secundi de Peccatorum meritis & Remissione c. 16. Nulla vindicta, nulla corruptio nullum Dei flagellum debetur nisi peccato, excepto illo, qui in flagella paratus est, ut experiret omnia secundum similitudinem sine peccato. Quarti contra duas Epistolæ Pelagianorū, Si enim propterea morimur, quia ille Adamus mortuus est, ille autem mortuus est quia peccauit, pœnam dicunt transire sine culpa, & innocentes pœnulos iniusto iudicio puniri trahendo mortem sine meritis mortis, quod de uno solo mediato Dei & hominum homino Christo Iesu Catholica fides nouit, qui pro nobis mortem, hoc est peccati pœnam sine peccato subire dignatus est, sicut enim solus ideo factus est hominis filius, ut nos per illum Dei filii fieremus, ita solus pro nobis suscepit sine malis meritis pœnam, ut nos per illum sine bonis conqueremus gratiam.

II. In Minoru duæ sunt partes. Prior est, Virginem obnoxiam fuisse miseria, quæ fluxerè à peccato. Altera: ita ijs fuisse obnoxiam; vt non tamen propter aliena peccata. Vtraq; sigillatim probanda. Primo obnoxiam fuisse miseria à peccato; probatur dupli argumento. Primum est à passionibus animi: Nam has à peccato esse, certum. Tum, quia contrarie sunt beatitudini: nam nec Deus ijs subiicitur: nec Angelus: nec anima etiam Sanctorum post hanc vitam: qui perpetuo fruuntur gaudio. Tum & Veteres testantur. Gregorius Nyssenus de Beatitudin. serm. 6. Quemadmodum successione, atque continuatione subinde nascientium per quamque speciem animalium, natura simul traducitur & propagatur, ut iuxta rationem naturæ, quod natum fuerit, idem sit cum eo unde natum est, itidem ex homine homo nascitur, ex obnoxio vitijs, perturbationibus, & affectibus, ijsdem obnoxius, ex peccatore peccator.

III. At Mariam his passionibus fuisse obnoxiam, certum. Lucas 2. Tuas ipsius anima pertransibit gladius. Theophil. τετρα ψαλμοὶ οἱ τρία τοῦ πατέρος τοῦ θεοῦ μονογενοῦ λίτην τὸν αὐτὸν τὸν πατέρα τὸν εἰς τὸν αἰώνα ὥραν τὸν τοῦ Κυρίου τὸν σωτῆρα, Fortasse afflictio in passione. Forte etiam romphaæ appellat scandalum quod passa est, quoniam Dominum vidi crucifixum. Titus Bostrensis, Gladium nomine tentatio, cogitationumque fluctus, & mentis agitatio hoc loco designatur. Et paulo post. Quando cruci afixisti, factaque, & dicta, que tum se offerent, cernet & audiet, quandam animi turbationē ipsi obrepturam. Euthymius, Gladium nominavit dolorem acutissimum, maximeque dinidentem, qui penetrauit cor matris Dei, dū Filius eius cruci affixus est. Zachar. Chrysopœ lit. Id est, dolor

Dominica

DE PECCATO ORIGINALI

72

Dominica paſſionis. Quia non potuit videre Filium crucifiſi, ſine affectu maiorum doloris. Quæ verba iunt etiam Bedæ in Glōſſa ordinaria.

V. Alterum argumentum à corporeis molestijs: quæ, ut plurimæ sunt, sic omnium præcipua mors est. Omnes autem sunt à peccato. Genes. 3. Quia audisti vocem uxoris tuae, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comedes: maledicta terra propter te: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua. Spinæ & tribulos germinabit tibi: & comedes herbam terra. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertiris. Ad Roman. 6. Stipendia peccati, mors. Prioris ad Corinthios 15. Stimulus mortis peccatum, Ad Roman. 5. Sicut per unum hominem peccatum in mundum introiit, ac per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertransiit, & non nisi in peccato, in quo omnes peccarunt, Quantu[m] res tam manifesta, vix ullis aut testibus aut argumentis indiget.

Vnum restat, vtrum Virgo passa sit mortem. Augustinus Conc. 2. in Psalm. 34. Sic ergo peccatum Domini, quod factum est de peccato: quia inde carnem assumpsit: de massa ipsa, qua mortem meruerat ex peccato. Etenim ut celerius dicam, Maria ex Adam mortua propter peccatum Ada. Adam mortuus est propter peccatum: & caro Domini ex Maria mortua est propter delenda peccata. Sed & astipulatur Ecclesia Romana.

VII. Atque haec tenus de prima parte Assumptionis. Superest altera: Virginem harum misericordiarum participem fuisse, non tam propter aliena peccata. Atqui haec facilis: neque haec tenus, quod sciam, in controvferiam reuocata. Nam propter aliena peccata misericordi subiecti comperimus duntaxat primo Christum, qui diserte pronunciatur pro peccatis nostris traditus, 4. ad Romanos. Secundo, Creaturas non rationales: 8. ad Romanos, Mundus conditus quasi exerto capite obseruans, in datorum obdolus et nos, exspectat reuelationem filiorum Dei. Nam vanitati mundus conditus, subiectus est, non sua sponte, sed propter eum qui subiecit eum. Ad hanc Theodoctus, Doctet, quod omnis qua videtur creatura, mortalem naturam sortita est. Quoniam unius formum creator praeuidebat. Ad transgressionem: Et in eum esse ferendam mortis sententiam: Neque enim ait consentaneum, nec iustum, ut quae propter ipsum quidem facta erant, in corruptionem acciperent: ipse vero cuius causa facta erant, esset mortal is, & paibilis. Hanc quum ita sint, tum autem constat Mariam, neque cum Christo peccata reliquorum hominum sua morte luisse: neque vero esse in carum Creaturarum gradu, quae propter hominem vanitati subiectae fuere. Nam haec propter homines factae erant. Itaque nullo modo dici potest Maria, quas infirmitates habuit, eas habuisse nisi ob sua peccata: unde necessario sequitur, fuisse peccato obnoxiam; contra quam Papista contendat.

VIII. Ad hoc argumentum Papistæ varie respondent; Bellarminus uniuscuiuslibet, Valentinus, Gerardus peculiariter ad eam patræ, quæ est de morte. Bellarminus ergo, Beatae Mariæ animam à peccati macula præseruatam: non autem carnem fuisse redemptam: nisi quem post mortem singulari Dei gratia reuixit.

IX. Nimirum, inquam: quomodo qui fabulas compoñunt, suas personas fingunt pro arbitrio & refingunt, partesque eis quas volunt imponunt: ita Papistæ Virgini priuilegia, quæ volunt, concedunt: quæ nolunt negant: & quæ concedunt, eadem producunt restringuntque pro libito. Præscrutam dicunt ab actuall pro certo: de originali certant. Tum autem ab animatione, ante animationem minime: Nunc iterum animam à macula, non corpus à corruptione. Enimvero non potuerunt potiori arguento probare suæ esse hoc, quicquid est, liberalitatis. Nam quis Deum credit ita *mixta 2910291?*

X. Sed hæc solutio; primo nodum scindit, non soluit. Nam argumentum propositum, hoc ipsum agit, ut ex non redempto corpore, consequatur animam non esse præseruatam à macula. Hoc, quum Sophista pertinax néget, tūm confirmationis ḡd̄ia λόγοι ποσι. Atque ita ponit effecta, sine causa. Deinde hoc, quicquid est solutionis, pertinet dūtaxat ad corporea παράνυμα. At nos animæ etiam probauimus sua παράνυμα. Quod si igitur hæc corporis παράνυμα cogunt Bellarminum fateri, non esse carnem Mariæ redemptam ante mortem: certè etiam illa animæ παράνυμη conficiens, eandem animam non redemptam ante eius mortem. Quia hæc animæ παράνυμη non minus sunt à peccato; quam illa corporis παράνυμη.

XI. Gerardus longe verbosior suo more: sed summa sequat fastigia. Primo, reuocat in dubium Mariæ mortem. Tum quia nusquā Scriptura doceat, tum quia Epiphanius hær. 78. scriptum reliquerit, *Quarant vestigia Scripturarum, & inuenient utiq; neq; mortē Maria, neque an mortua sit, aut non mortua: neque an sepulta sit, an non sepulta: Et rursus, Non autem definio hoc, & non dico, quod immortalis fuerit, sed neque affirmo, an mortua sit. Quod si Epiphanius, qui eius meriti vir: eiusque temporis, potuit certius rei veritatem scire, non audet tamen asserere mortem Virginis: quis hodie asseret? Tum per occupationem, testimonia eludit Dionyſij Areopagitæ, Antonini, imo & Ecclesiæ Romanae celebrantis festum Assumptionis. Nam primo, cauſatur nihil à nobis deferri ijs testibus, in rebus Religionis. Deinde, si eis credatur in morte Virginis, esse credendum in Resurrectione, & Assumptione.*

XII. Ast ego miror hominem Iesuitam, hoc est, omnium hominum maxime *Praeceptorum*, siue *Praeceptorum*: nam id est ingenium Iesuitarum: hunc inquam, hominem miror auctum, vel leuisimè vellicare suæ fidem Ecclesiæ Baronius Cardinalis, ad annum Christi 48. §. 11. *Catholica Ecclesia* (inquit, & hoc elogio nihil ille quam Romanam significat.) nullam de obitu Dei gent-

tricis dubitationem admittit; sed quam nouit humana natura frusse confortem, humanam patiter moriendo necessitatem expertam affirmat. Nam quod negat Scripturis insertam mortem eam, quid promouet? Quasi quisquam sanus cogitarit, nihil vñquam gestum in orbे terrarum, nisi quod sit intra Scripturam. Imo ille scito hunc nullum esse articulum fidei: sed tantum pertinere ad historiam Ecclesiastricam: cuius testimonia aliunde peri possint; imo & debent, quam à Scripturis. Sic sane nos Petrum, & Paulū mortuos credimus, & Ioannem & Mariam Magdalenen, & alios. Quid plura? Sic ipsam Virginem natam aliquando. Curnon & mortuam? Non enim magis humanū est nasci, quam mori. Nec Scriptura natam magis exprefsit, quam mortuam. Itaque Epiphanium potius superstitionem iudicamus: qui nullo in contrarium, aut testimonio, aut argumento, fidem denegavit sensui communis. Neque nos tamen ijs, qui mortuum dicunt, necesse est credere, quæcunque præterea libuit effutre. Curi enim? An non multa credunt Christiani testibus Ethnicis? Nec tamen omnia. Imo in hoc ipso negotio idem Baronius, qui consensit Virginem mortuam: tamen Arcopagitam illum mendaici reum peragit, in eo ipso negotio.

XII. Verum hæc leuicula erat exceptio. Nunc animosior disputatio, vtrum mors præsupponat peccatum. Primum ergo ex Ambrosio Catharino, negat hunc esse ordinem in Apostolo, vt in quem mors intravit, in eum quoque intrauerit peccatum. Sed è conuerso, in quem peccatum, in eum & mortem. Nam Christum mortuum esse, in quem tamèn peccatum non intravit. Secundo, ex codem Apostolorum dicere peccatum ingressum in mundum. Mundum autem significare homines mundanos, vacuos Dei gratia, plenosque omni iniquitate. At in iis non esse beatam Virginem. Tertio, effecta peccati, esse vel maculas, vel tantum pénalitates. Illas à Virgine abfuisse: has vero relietas, varijs de caussis: tum ad conseruandam fidem, & virtutes in ea perfectiores reddendas: deinde, vt hoc magis fieret conformis Christo: rufus, vt cius morte constareret, ei necessariam fuisse mortem Christi: deniq; ut augerentur eius merita. Quarto, diuersam fuisse Virginis mortem ab aliorum hominum morte: & decem magnis ornata priuilegijs: uno, quod ei ab Angelo annuntiata fuerit: psa exitus hora: altero, quod exspiranti ipse Christus adfuerit, cum tota aula cœlesti: tertio, quod absque ullis doloribus deceperit: quarto, quod absque vlo morbo præcedent: quinto, quod Apostoli ex varijs orbis partibus, in quas iam erant dispersi, ad eam confluxerint, vnaque Dionysius Areopagita, Timotheus, & Hierotheus. Sexto, quod post mortem, corpus manserit incorruptum: Septimo, quod in eo obitu multa miracula facta fuerint. Octauo, quod corpus honorifice fuerit à Petro sepultu, reliquisque Apostolis. Nono, quod tertio die resurrexerit: Decimo, quod idem corpus delatum fuerit in cœlos.

XIV. Sed Ambrosium Catharinum nemo mirari debet, in deuia abruptū, postquam semel à via regia deflexit. Nam qui peccatum originale nullum re ipsa in infantibus agnouit: adeo vt non potuerit non improbari à Dominico Soto, Bellarmino & alijs: ille profecto necesse habuit Apostoli verba torqueare. Sed frustra calcitrauit contra stimulum. In primo capite, manifesta mens Pauli: venisse in homines mortem, propter peccatum: Nempe vt pœnam. Disertè enim, per peccatum introiisse: quod nullo modo confistere potest, nisi hoc sensu, quem diximus. Quare necesse est, vt reciproca sit sententia: propter relationem culpæ & pœnae: quæ efficit, vt non possit esse unum, quia fit & alterum. Augustinus hypognosticon primo, *Vt moriantur homines, pœna peccati est*: De Libero arbitrio, lib. 2. c. 13. *Liberat nos à morte, id est, à condicione peccati*: Lib. 4. contra Duas Epistolas capite quarto, Pelagiani quomodo dicunt solam mortem ad nos transiisse per Adam? Si enim propterea moriuntur, quia ille mortuus est, ille autem mortuus est, quia peccauit, pœnam dicunt transire sine culpa, & innocentes parvulos iniusto Dei iudicio puniri, trahendo mortem sine meritis mortis, Ergo absurdum est, iudice Augustino: si quisquā moriatur: non ipse peccator: & adeo absurdum, vt Deo iniustitiam affingat: quæ iam non absurditas est, sed horrifica blasphemia. Ad id si non est nugatoria dictum, omnino necesse est, non tantum quicunque peccaverint mori, sed etiam peccasse, qui cunque moriuntur: contra quam censebat Catharinius, iam Pelagianus. Quare hunc Pauli locum, longe Catharino melius interpretatur Augustinus Enchiridij c. 36. *Hinc post peccatum exul efficiens, fieri pœnam quoque suam, quam peccando in se tanquam in radice, pœna mortis & damnationis* (Sic legunt mēa membranae) obstrinxit vt quicquid prolixi ex illo, & simul damnata per quā peccauerat coniuge, per carnalem concupiscentiam, in qua inobedientia pœna similis retributa est, naesceretur, trahet originale peccatum, quo traheretur per errores, doloresq; diuersos, ad illud extreñū cum desertoribus, & confortibus suis sine fine supplicium. Sic per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Rursus ergo, iudice Augustino, non tantum in omnes qui peccauerunt, mors intravit, sed etiam in omnes in quos mors intrauit, intrauit & peccatum: contra Catharinum. Et is sensus est Theodoreti in eundem Pauli locum, *Ad omnes homines mors periusit, quatenus omnes peccauerint*. Non enim propter primi parentis peccatum, sed propter suum, unusquisque mortis decretum suscipit.

decretum iuxta scripturam.

XIV. Nam quod Christus obiicitur, in quem mors intravit, nec intravit tam
men peccatum, indignum est Theologis: qui scire debuerunt primo aliam lo-
genatiuitatis Christi rationem esse, quam omnium aliorum hominum per car-
nalem concupiscentiam genitorum. Secundo, etiam mortem dissimilem; hoc
vno maxime: quod pro se ipso eam non obierit: sed pro peccatoribus. Deni-
que a Patribus unum hunc doceri excipiendum. Augustinus contra duas E-
pistolas Pelagianorum lib. 4. c. 4. Si enim propterea morimur, quia ille Adam mor-
tuus est, ille autem mortuus est, quia peccauit, paenam dicunt transire sine culpa; &
innocentes parvulos iniusto iudicio puniri, trahendo mortem, sine meritis mortis.
Quod de uno mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu, Catholica fides no-
uit, qui pro nobis mortem, hoc est, peccati paenam sine peccato subire dignatus est.
Sicut enim solus ideo factus est dominus filius ut nos per illum Dei filij fieremus, ita
solus pro nobis suscepit sine malis meritis paenam, ut nos per illu[m] sine bonis meritis co-
sequeremur gratiam. Quia sicut nobis non debebat[ur] aliquid boni, ita nec illi ali-
quid mali. Commendans ergo dilectionem suam in eos, quibus erat daturus inde-
bitam vitam, pati pro eis voluit indebitam mortem. Hanc singularem mediatoris
prerogatiu[m] Pelagiani evacuare conantur, ut hoc iam non sit in Domino singu-
lare si Adam ita propter culpam mortem passus est debitam; ut parvuli ex illo nul-
lam trahentes culpam, mortem patientur indebitam. Nota. Primum hoc
finisse

fuisse Christo singulare; peculiare, & proprium, ut moreretur absque peccato: non ergo commune cum virgine. Secundo euacuari eam Christi prærogatiuam, si alijs communicetur.

XV. Ad secundum: rursus Catharinus de industria Mundi nomen torquet. Nam Augustinus Enchiridij c. 3. Mundum appellavit eo loco Apostolus uniuscum genus humanum. Quanquam, quid opus est testibus, cum sibi propri Paulus interpres sit donec? Per unum hominem peccatum in mundum introit, ac per peccatum mors, & ita in omnes homines transiit. Ergo Paulo mundus hic significat omnes homines. Quare certissimum, Beatam Virginem fuisse de isto mundo: ut & reliquos omnes fideles. Nempe quomodo alias mundus nominatur, Ita Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum dederit. Ioannis 3. & 4. Scimus hunc esse vere Seruatorem illum mundi. Sic alias sapissime. Sed & Bellarminus de Ammissione gratia lib. 4 c. 3. Cum Apostolus addidit: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccarunt: explicauit per mundum se inellexisse omnes homines. Colligit enim ex eo, quod peccatum est causa mortis, ideo in omnes homines mortem transisse, quia per unum hominem in omnes homines peccatum transferat. Quare cum ait: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit id est, ac sedixisset, per unum hominem peccatum in omnes homines intravit.

XVI. In tertio admittitur distinctione macularum à pœnaltatibus. Revera enim ita est: quia à peccato in hominem deuenierunt, ea duum esse generū: alia enim esse sorores, atq; adeo peccata: alia vero non sorores aut peccata: sed tantum sororium pœnas: & in his esse mortem, certum. Verum a sorribus omnino liberam fuisse Virginem: hoc vero est *nō ex vñdō*. Itaque non debet à Iesuitis simpliciter ponи, tanquam certam. De pœnaltatibus, admitto eas in Virgine fuisse relictas. Sed de causis primum, dico illam de meritis papisticam esse: reliquas facile admitti. Itaq; secundo, negari contradicere eas causas argumento nostro. Nam & in singulis fidelibus ex damnatione valent: qui tamen pœnaltatibus peccati obnoxij lunt, propter peccatum proprium, non alienum.

XVII. In quarto, ubi de priuilegijs agitur mortis Virginis. Primo, hæc priuilegia nego quicquam habere momenti contra argumentum. Nam omnium fidelium mors haber non pauca priuilegia, prae morte infidelium, & tamen quae in fideles mors transiit per peccatum, ac in infideles Itaq; falsum est axioma: quod huic solutioni necesse est substerni. Quæcunque mors multa haber priuilegia, ea non infligitur morienti ob sua peccata. Sed hoc unicum priuilegium esse debet, ut sit mors non necessaria: sed *avide*: ut in Christo: quem certum est mortua, quia sic voluerit: At reliqui omnes moriuntur, non quia sic velint: sed necessario: ut etiam si vellet, vitare nequeant. Et ipsam virginem paulo ante Baronius testatus est esse expertam moriendo necessitatem.

XVIII. Secundo, hæc decem priuilegia, omnia sunt fabulosa: haustaq; ex illa Assumpta Virginis narratione, quæ iampridem exsibilata est, & ab ipso Baronio flagellata, Annalium tomo 1. ad annum 48. Atque adeo Fulbertus, si eius est homilia illa 35. de Sanctis apud Augustinum, *Quo ordine hinc ad superna transferit regina, nulla Canonica narrat historia. Non solum autem responde apocrypha, verum etiam ignorare dicitur hac eadem Ecclesia.* Consentit Baronijs, quæ ad eius reigeta historiam pertinent, neque ex canonici scriptis, neque ex antiquorum Patrum testimonij roborari. Et hæc tamen magna illa mysteria sunt, quæ Gerardus magnus mythes decem suis priuilegijs comprehendit, Denique tota hæc fabula solis nimirum reuelationibus. Sic enim legas hodie in Eusebij Chronico anni 48. *Maria Virgo Christi mater ad filium in cælis assumitur, ut quidam sibi reuelatum fuisse scribunt.* En fucum! reuelationes profert: sed eas incertas: quas neque ille scivit, neque hodie quisquam. At nonita solet Eusebius: *mo non ita Hieronymus.* Quæ causa fuit, opinor, Bisciola suspicandi, ne sit id ab aliquo additum. Sed quod Bisciola, suspicatus est, id ipsum evincit Eusebij editio, à Scaligero adornata: in qua neq; Græce quicquam huiusmodi repertus: neque Latine. Ut certum sit, neq; ab Eusebio scriptum, neq; ab Hieronymo additum. Sed additum à recentioribus: quibus satis frequens omnia contaminare. Iesuitæ viderint. Catholici detestabuntur somniantiam audaciam.

XIX. Eoque magis detestabuntur, quo inepius *z̄. eḡ. z̄. vñdō* videbunt, vel *z̄. d̄. z̄. vñdō* legent Gerardum: dum octo rationibus hanc Assumptionem firmare conatur. Prima, conueniens esse carnem corporis virginici, statim post mortem glorificari: propterea quod ex ea inmediate sumpta fuerit caro Christi, statim post mortem glorificata. Secunda: quia Christus, Ioannis 17. *Pater, quos dedisti mihi, vobis ut ibi sum ego, & illi sint mecum.* At hæc promissio magis in ea debuit impleri, quam in vñlo alio, Tertia, si Virginis corpus esset in terris, sciretur ubi. Quarta: corpus Virginis fuit initium salutis mundo. Ergo iustum erat ut prima eius salutis esset particeps per glorificationem corporis. Quinta: hoc ille filius illi matre non debuit denegare: exemplo Salomonis, qui matrem separato throno exceptit. Sexta: non est verisimile id corpus, vnde Deus carnem accepit, corruptum fuisse, factumque escam vermis. Septima: animæ beatorum gloriam suorum corporum, & oprant & postulant à Deo. Ergo & Virgo idem postulauit: nec a filio non obtinuit. Octaua: Gloria eius corporis nihil minus pertinet ad gloriam filij, quam matris.

XX. Enimvero, quis hæc non videt ote pleno redolere Cameram meditationum Iesuitarum? Quis non aduerterit, hæc illorum esse, qui sibi omnia indulgent: & quos liber virginis cerebri fumos pro totidem demonstrationibus habent: ut ne nunc quoque defint Ixiones meritis nubibus, scipios obiectantes. Atque adeo venit mihi in mentem vñus strenuissimi apud nos Papistæ, qui mihi Valentini depingens ingenium, negabat aptum esse disputationibus: sed mirum in meditationib. At prima ratio negatur. Quia conueniens est, non quod Loolites aliquis somniat: sed quod Deus statuit. Quid autem statuerit Deus, non possunt vñli Monachi nos docere: si non docent ex Verbo iam ab initio reuelato. Itaque nugas agit, qui *z̄. d̄. z̄. d̄.* concludit voluntatem Dei: quum debeat potius ex ea voluntate inferre *nō d̄.* Voluntas autem appetit Catholicis: qui sciunt postremam omnium mortem dominum iri. Vnde nemo debet excipi: nisi constet de priuilegio. Itaque isti vere *d̄. z̄. d̄.* homines, qui sua vertigini, *z̄. d̄.* siue *z̄. d̄.* audacissime nomen imponunt.

XXI. In secunda: agnolimus Christi precantis votum: & credimus

Tom. III.

id votum ratum esse. At negamus ad Virginem tantum spectare. Vero conceptum generaliter pro alijs, quos Pater dedit Filio: qui tamen non statim post mortem assumuntur in cælum, cum corpore. At hæc promissio debuit in Maria magis impleri, quam in alijs. Esto sane Nam & in Apostolis etiam magis, quam in vulgo Christianorum. Nihil tamen id ad corporis assumptionem.

XXII. Tertia ineptissima est: Nam & Moses corpus est in terris: neq; tamen scitur ubi sit. Adami corpus, aut Abeli, nescirur ubi sit. Deinde quod nesciat ubi sit, vnde factum? Nam ostentatur etiam hodie eius sepulcrum euntibus Hierosolymam, si tamen ipsum est: & non potius impostura, ut alia fere omnia. Vacuum id quidem: sed id etiam multis alijs accedit. Tum autem, quis infinitas impostura artes nescit? Denique, quod aliorum quorundam Sanctorum corpora ostentantur, nemo sanus dubitat artificio factum, eorum, quorum interest, populum insinuare.

XXIII. Quarta, primo seipsum refutat: cum primum id corpus vult fuisse salutis particeps: Nam admittit Gerardus eos, qui cum Christo resurrexerunt, vna cum Christo ascendisse. Et tamen annos, saltē aliquot omnes fatentur Virginem post eam Ascensionem in viuis remansisse. Vnde confit, necessario non primum eius corpus ea salute portum: sed antequam ipsum, ea quæ cum Christo ascenderunt: si, cum Christo, quædam ascenderunt, ut Gerardus ponit.

XXIV. Quinta, non debuit, inquit, id filius matri denegare. Quid mirum: si non mirum illud Papisticum carmen, *Roga Patrem, Tabe natum?* Et, *Iure matris impera Redemptori?* Nam fuit Filio, credo, ferula pertinenda. Sed Catholicus negant, Mariam quicquam huiusmodi debuisse postulare: multo minus imperare. Imo quæ erat eius sanctitas, acquieuisse credunt ciui voluntati, qui statuit omnium postremam mortem abolen-

dam.

XXV. Sexta, negat credendum corpus Mariæ, corruptum esse, factumque escam vermis. Nimis, ita bonus ille vir somniauit, qui Augustini nomine pompatice ornatus incedit, in sermone de Assumptione. Sed is vir est nihili: neque a Iesuitis ranti fit: nisi quia habent similes labra lactucas. At Paulus contra 1. ad Corinth. 15. *Seminatur corpus corruptioni obnoxium, excitatur incorruptibile: seminatur ignominiosum, excitatur gloriosum: seminatur infirmum, excitatur potens.* Longe maior Paulus latueto illo Augustino.

XXVI. Septima: Appertunt animæ beatorum, gloriam suorum corporum. Crediderim: Quamquam incepit citatur Apocalypses sextum: ubi non gloriam suam propri postulant, sed *z̄. d̄. z̄. d̄.*, vindictam sanguinis sui in eos, à quibus fatus est. Sed tamen non negatur. Inter ea quis dubiteret odsdem patienter eam gloriam expectare: & similiter Virginem?

XXVII. En tibi vero octauam rationem, etiam gloria Christi modulum desribentem. Pertinere enim docet hanc Assumptionem ad gloriam Christi, non minus quam matri. At ego id qua ratione dictum sit, quaero. Nam gloriam Christi scimus dupliciter nominari: alias pro ea, qua in seipso Christus est glorificatus: ut quum legitimus Ioannis 7. *Iesus nondum erat glorificatus.* Alias, qua quod nos glorificatur, id est, pro gloria eius promotione. Et prior quidem sensu, si perineret Assumptio Virginis ad gloriam Christi, concederem factam. Sed hoc falsum. Nam Iohannes docet spiritum non venisse, quod nondum esset glorificatus Christus. At Lucas in Actis docet eundem spiritum venisse in Apostolos: itaque, tum oportuit Christum esse glorificatum, quum Virgo esset in viuis. Sin autem Assumptio Virginis pertinere dicitur ad gloriam Christi secundo modo, non repugnam. Sed negem constanter adhuc factam. Nam omnium fidelium assumptio eodem pertinet: quæ tamen differtur in ultimum diem. Itaque nihil aliud Gerardus, quam somniauit somnia Iesuitica.

CAP. XII.

Virgini necessariam fuisse remissionem peccatorum.

Quartum argumentum Catholicorum: Nemo prorsus liber à peccatis indiget remissione peccatorum. At Beata Virgo indiguit remissione peccatorum. Ergo Beata Virgo non fuit prorsus libera à peccatis. Maior per se patet.

II. Probatur Minor dupliciti argumento: Quorum prius: Quicunq; baptizatur non pro alijs, sed pro seipso, indiget remissione peccatorum. At Virgo baptizata est nec pro alijs, sed pro leipsa. Ergo Virgo indiguit remissione peccatorum. Probatur assumptio, Omnes Christiani baptizantur pro seipso. At Virgo fuit Christiana: Ergo pro se fuit baptizata. Euthymius in Ioan. 3. *Scribunt quidam Apostolorum temporibus proximi, quod Christus Petrum ac Virginem matrem baptizauerit: Petrus vera reliquias omnes Apostolos.* Quod idem ex Euodio refert Nicephorus. Et quamquam his dubia sit fides: Euodius etiam ille mendacij deprehensus: tamen ostendit fuisse baptismum Virginis olim persuasum: quod nobis quidem nunc sufficit. Gabrielem 4. distinct. 6. quæst 2. dubio 6. *Creditur virgo gloriofa baptizata, licet non legatur ubi, vel à quo.*

III. Probatur maior. Quia Baptismus est in remissione peccatorum. Actorum 2. *Responde, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissione peccatorum.* Et 22. *Exsurge, & baptizare, & ablue peccatorum, in nomine Domini.* Secundo ad Coloss. *Eritis in eo completi, qui est caput omnis imperij ac potestatis, in quo etiam circumcisio est circumcisio, quæ sit sine manibus, corpore peccatis carnis exstis in circumcisione Christi, consuppetum eo per Baptismum.* Quinto ad Ephesios, *Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea, ut eam sanctificaret, mundatam lauacro aqua per verbum, Basilius exhortatione ad Baptismum, & z̄. d̄. z̄. d̄.* *Domini predicat baptisma adoptionis, & quis eorum qui in eum sperant, non obtemperabit?* Augustinus contra Julianum lib. 6. c. 1. *Quid est in morte Christi baptizari, nisi peccato mori?* Et post. *Quomodo Christus moriendo similitudini peccati peccatorum mortuus predicatorum, ita quicunq; in illo fuerit baptizatus, idem peccato: cuius in Christo simili-*

4.

G simili-

DE PECCATO ORIGINALI.

74

sim: si rudo non veritas, eidem rei cuius illa fuerit similitudo, moritur. Cap. 2. Si nō pro parvulis Christus mortuus, ut quid baptizantur. Quicunq; n. baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizatis sumus. Sin a. etiā pro eis mortuus est, qui vnuus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & iſi cū omnib. Et quia in peccato mortui sunt, moriuntur ex peccato, ut vivant Deo, quādō renascuntur ex Deo.

IV. Gerardus utramq; partem vellicat: Antecedentis minorem: Baptizatam fuisse Virginem, probari debet aut ex Dei verbo, aut ex orthodoxa antiquitate. At non probatur ex Scriptura: nusquam enim scriptum: Non ex Antiquitate: nam Euthymius recens est vix ante annos quingentos.

V. Respondeo, homine Papista nil quicquam esse iniustius, qui nisi quod ipse facit nihil rectum putat. Quid enim Papista non sibi permittunt, tum in alijs argumentis, tum in hoc ipso? aut unde illi nobis Virginis figuræ, Virginis priuilegia, Virginis Assumptionem, festum Conceptionis, & alia plurima? A Scripturæ, an ab orthodoxa antiquitate summa neurrum. Et ijdem nunc adeo sunt importuni, vt baptizatam Virginem non credant, nisi totidem literis legamus. Quanquam, teste ipso Gerardo, Canisius, credi par esse consentiat, De Euthymio ut lubet: imo & de Nicephoro: altius etiā de Euodio: cuius nomen agnoscimus quidem antiquissimum, sed tēstimo nium illud, quo Nicephorus vsus est, supposititum habemus pro certo. Si quis tamen autores illos recenseat, quibus assumptionis fabula nititur, longe minoris esse comperiet momenti. Sed nimurum, quicquid Papisticis delirijs fauet, id necesse esse aū nīmō. Felices sane Iesuitas: nisi homines non amplius glande, aut etiam lolio viciārāt. Ceterum Mariae baptismus nititur vniuersalilla lege, vt quilibet Christianus baptizetur: qua posita, necessarij nulli testes sunt, etiā viles esse queant. Quomodo nec Dauidem proprio aliquo testimonio necesse est probari circuncisionis. Sufficit enim Iudeum fuisse, & Iudeis legem impositam circuncisionis.

VI. Sed de Maiori habet etiam quod cauilletur Iesuita. Nam id est ijs hominibus ingenium, ut nodum etiam in scirpo inueniant. Primo, nos docere infantes fidelium ab utero sanctificatos, tamen baptizandos. Si sanctificatos: ergo nulla peccati macula detur patros. Cur non & Virginem? Secundo, non esse vnicum effectum baptismi, remissionem peccatorum: sed & alios, videlicet Christiani characterem, professionem fidei, argumentum gratia. Potuisse ergo Virginem eas ob causas baptizari: etiā non propter peccatum. Proprium autem effectum sacramenti esse collationem gratiae, siue peccata inueniantur in baptizato, siue minus. Potuisse etiam baptizari, ut actum exerceat profundæ humilitatis: exemplo Christi. Deniq; potuisse baptizari, ad certitudinem perpetuae adoptionis, quod caput Calvini dicit esse principium in baptismo.

VII. Respondeo, sanctificari ab utero infantes fidelium, & tamen non esse absq; peccato, sanctificari enim eadem gratia, qua & adultos, in quibus tamen hæret peccatum semper. Macarius Homil. 16. *ωατηριστης τον αγερον του πατερος, και ο Θεος μαγιστρος στηριζει την αδικητητην, αποτελεσματικην την φυσην εστιν αυτην, ουσιας γε της θεοτητος ουσιας ουσιας μαρτυριας αδικητητης. Και επαριθμον Σαθanas εστιν in aere, & Deus qui præsto ibidem est, nihil addit omnia: sic peccatum est in anima, similiter quoque gratia divina: nulla omnino iniuria affecta. Itaque quam baptizantur infantes fidelium, omnino baptizantur in remissionem peccatorum.*

VIII. Ad secundum, non esse nisi vnicum effectum baptisini, nempe remissionem peccatorum nemo nostrum dixit. Nam & characterē agnoscimus, & professionem fidei, & augmentum gratiae, & humilitatis exercitium, & certitudinem adoptionis. Sed hoc dicimus, ista omnia nulla esse effecta baptisimi, nisi supposita remissione peccatorum. Itaq; & in Scripturis, & apud Patres, hanc præcipue, saepe etiam solam inculcari, in Baptisni explicatione. Illud autem falsissimum, proprium effectum, collationem gratiae, siue adsit, siue absit peccatum. Nam vnicum Christum constat baptizatum fuisse absq; peccato: sed eidem vllam gratiam collatam contra peccatum, nemohactenus dixit. Itaq; non infirmatur argumentū hocprīmū.

IX. Secundum argumentum à precibus: Quicunq; precatur ut Christus docuit precari: is postulata Deo remissionem peccatorum. At Virgo Maria precata est, ut Christus docuit. Ergo eadem postulavit remissionem peccatorum. Major per se patet. Nam Christus ita docuit precari suos, ut in precibus diserta sit petitio, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Matth. 6. Luc. 11.* Tertullianus de Oratione c. 7. Sciebat Dominus se solum sine delicto esse. Docet itaque petamus dimitti nobis debita nostra. Exomologesis est petitio venia: quia, qui petit veniam, delictum constituit.

X. Probatur minor. Primum, quia consentaneum est Virginem recte, imo optime esse precatam Deum. Est autem certum nullam esse meliorem rationem precondi Deum, quam quæ à Christo est tradita. Cyprianus de Oratione. *Quæ potest esse magis spiritualis oratio, quam quæ vere à Christo nobis data est, à quo nobis & Spiritus Sanctus missus est: Quæ vera magis apud Patrem precatio, quam quæ à Filio, qui est veritas, de eius ore prolatæ est: Ut aliter orare quam docuit, non ignorantia sola sit, sed & culpa.* Augustinus de Verbis Apostoli serm. 29. *Si tota Ecclesia dicit, Dimitte nobis debita nostra, reprobus est, qui hoc non dicit.* Secundo, constat Mariam orasse cum reliquis discipulis, teste Luca, Act. 1. Omnes concorditer perdurabant in oratione & deprecatione, cum uxoribus, & Maria matre Iesu, & cum ipsius fratribus. Si orabant vna: ergo communis erat omnibus formula. Tertio, quia Augustinus de Peccatorum meritis, & remissione, lib. 2. c. 24. *Non tantum vniuersaliter fidelibus omnibus, verum etiam singulis esse orationem Dominicam necessariam, quam tradidit discipulus suis.*

XI. Hic multa mouet Gerardus, tractatu secundæ partis octauo, minorem sollicitat tripliciter. Primo, non probari è Scripturis, Mariam vnam oratione Dominicam. Imo neq; ex vlo Doctorum nominatim de Maria cōstat. Secundo, orationem Dominicam compositam, in rudiorum, & imperitorum gratiam, qui orare nescirent: At Virginem ab infantia edocitam fuisse a Deo, habuisseq; suas orandi formulas. Tertio, si hanc illa formam usurparit: tamen omisisse illa verba, *Dimitte nobis.* Et hoc tertium confirmat, quia sciret se esse sine peccato.

XII. Respondeo ad primum, non esse necesse n̄o ḡ. e. probari à Scripturis: fed tantum n̄o ḡ. o. l. sufficere axiomata generalia: à quib. nullum individuum excipi debet: nisi specialiter, imo particulariter constet de exceptione. Alioquin, nihil omnino doceri posset certu. Sic negare posset

quispiam, Ioannem Baptistam fide saluatum fuisse: quia nō legit de eo, vt de illa muliere: *Fides tua saluam te fecit. Matth. 9.* Sic Iesuita tandem negauerit Ignatium suum conceptum esse ex muliere & viro. Sic somniabit quilibet quidlibet. Secundo, falsum sumit Gerardus. Nam ex Scripturis cōcluditur id ipsum, Discipuli orarunt dicentes, *Pater noster.* Ea propositione maior constat Euangelistis testibus. At Maria oravit cū discipulis: id ipsum constat ex Actis. Ergo conclusio, Maria oravit dicens, *Pater noster,* probata est ex Scripturis,

XIII. Ad secundum respondeo distinguendo. Nam orationem illam dominicam compositam esse in rudiorum gratiam, intelligendum, vel quomodo totum verbum Dei institutum est, vt erudit imperitos Psalmi decimo nono: nempe ita, vt & imperitos erudit, & proiectis sit non tantum vtile, sed & necessarium, vel vt elementa literarum ita rudioribus accommodetur, vt proiectioribus sint inutilia. Illo modo conceditur hanc orationem fuisse ab initio compositam: Sed isto, negatur. Alioquin non posset dici optima precandi ratio. In nulla enim scientia illud accidit, vt quæ elementa sunt dunata in gratiam rudiorum, ea sint in ea scientia optima. *Docet Salvator, inquit Lyranus, modum orandi convenientissimum.* Et post, *In hac oratione exprimitur, quicquid decet hominem petere à Deo, & quicquid decet Deum dare homini.* Nempe igitur accommodata esse oportet, non idiota tantum, sed & peritissimis. Edmundus Cantuarius in speculo Ecclesiæ cap. 17. *Ista oratio superat, & excellit omnem alias orationem.* Bellarminus disertus de Bonis operibus lib. 1. c. 4. *Præstat oratio Dominicæ omnibus aliis formis orandi, autoritate, breuitate, perfectione, ordine efficacitate, necessitate.* Hæc cum ita sint, primo, si quas Maria habuit alias formulas ab infantia, eas oportet huic cedere: tum alias ob causas, tum etiam quia illas oportuit fuisse ipsi accommodatas: Erat autem tum minus prouecta, quam post incarnationem, vt facile ex eo conuincitur: quia nescire se concepturam Verbum, & cum ei id nuntium allatum est, nesciret, quomodo esset conceptus.

XIV. In tertio, inepta, & importuna est tergiuersatio. Nam primo, qui potuit omittere, cum oraret vna cum Discipulis? Non enim ipsa reliquis voce prætabat: sed præuentem sequebatur mente, vt demum Amen responderet. Deinde, fallo diceret Augustinus, reprobum esse, qui ea verba pronunciare recusat. Sed idem Epist. 89. *Omnibus necessaria est oratio Dominicæ, quam etiā pīs arietib. gregis, id est Apostolis suis Dominus dedit, ut vniuersitatem Deo dicat, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Cui enim hac in oratione verba necessaria non fuerit, ipse hic sine peccato vivere pronunciadus est. Quales si aliquos futuros Dominus præsideret, meliores vtig, quam extiterunt eius Apostoli, aliam orationem illos doceret, quia non pertinent sibi dimitti peccata. De peccatorum meritis & remissione libr. 3. c. 1. Q. Hanc orationem, nimurum non tantum vniuersalim illam formulam, sed nominatim hanc eius particulam de dimittendis peccatis: nam de ea proprie sermo est Augustino, disputant contra Pelagianos: *Hanc, ergo, orationem quisquis cuilibet etiam homini sancto, & Dei voluntatem scienti, atq; facienti, præter unum Sanctum Sanctorum dicit in hac vita necessariam non fuisse, multum errat: nec potest omnino ipsi illi placere, quem laudat.*

XV. Confirmatio futilis. Sciebat, inquit, Virgo se esse sine peccato. Ita solent Iesuitæ pro argomento petere principium. Tum autem siid verum: Ergo debuit etiam omittere, *Pater.* Nam Chrysost. in Matth. 6. *ο χατερος ο ποτε τοι Θεον, και αμαρτηματων αφιερωσι, και η δικαιοσύνη, και αγάπη, και δοξανέαστι, και υδεσίας, και υπεροχίας, και αδελφότητος αριστερος της μορφής, και πολιτειας ρεγκάτης, δια της μακρα περιπέτειας οπού περιπέτειας ουδετέρων. Και εγώ δωσατο καλίστην πατέρα τον Θεόν, μη πατέρα ονειρού επιτοχήτη την άριστην θερα.* Qui Patrem Deum appellat, etiam peccatorum remissionem, & penitentiarum condonationem, & iustificationem, & sanctificationem, & redemtionem, & adoptionem, & hereditatem, & fraternalitatem cum Vnigenito, & Spiritus copiam, una eademque nuptiacione confitetur. Neque enim potest quisquam Deum Patrem dicere, qui ea omnia beneficia non sit assequitus.

XVI. Maiores etiam Gerardus infirmat duplice. Primo, fieri potuisse, vt Virgo suam innocentiam ignoraret, vt Iacob. 9. *Etiā si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea,* Et 1. ad Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum.* Itaq; etiā ijs verbis vfa esset, tamen non propterea fuisse maculata vlo peccato. Secundo Virginem, cum oraret, *Dimitte nobis debita nostra,* non pro se orasse, sed pro aliis, totaq; Ecclesia. Propterea eam aptatam esse orationem, verbis pluralibus, vt, si qua petitionum non esset cuiquam necessaria, alijs tamen esset utilis.

XVII. Respondeo, ad primum, scde sibi ipsum Gerardum contradicere. Nam, quum disputat omissa fuisse hæc verba à Virgine, tum causam addit evidentem: quia quū sciret se esse sine peccato, sciebat etiam ea verbæ se nō decere: sed repugnare suo statui: itaq; vt ne mentiretur corā Deo, eas voces præterisse. Ita, quum Gerardo vsum est, Maria se sciret impollutam esse: rursus autem, quum eundē nouus ventus asflavit, tum illa id ipsum ignorauit. Porro, qui loci proferuntur ex Iobo & Paulo, vt mittam male conferri tanquam similes, quos quilibet videre potest esse dissimiles, tamē tum Iobus, tum Paulus inter peccatores fuere. Peccatores a ignorare suam integratatem, nihil mirum: quum ijs propria conscientia testetur, toties se peccare, vt etiam quum recte agant, securi esse nequeant. At de eo qui nullo modo obnoxius fuerit peccato, ne cogitari quidem potest quicquam simile. Itaq; si Maria supponit fuisse infia sua integratatis, tum omnino numeranda est inter peccatores. Ad extremum, quis eam integratē Franciscanis & Iesuitis reuelavit potius quam ipsi Matia? Aut quam sunt ijs ridiculi, qui ignorasse contendunt Virginē, se vero tantū non vidisse iurāt?

XVIII. In secundo, nemini dubium esse debet. Virginem orasse pro alijs: orasse pro tota Ecclesia: idq; ex eo vel maxime constat: quod orat cū Ecclesia: orasse etiā pro se, ambigui non debet. Tantum de hac particula cauillatur Gerardus: nimurum suis somnijs, vt alias, scipium permittens. Sed cōtra Augustinus paulo ante afferuit, vnicō excepto Christo, omnib. Sanctis, quicunq; ijs fuerint, hanc particulam fuisse necessariam. Mileitanum Cōcilium Canon. 8. *Placuit, ut quicunq; dixerit, in oratione Dominicæ ideo dicere Sanctos, Dimitte nobis debita nostra, ut non pro seipso hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro alijs, qui sunt in suo populo peccatores:* & ideo non dicere vnumquemq; sanctorū, *Dimitte mihi debita mea, sed, Dimitte nobis debita nostra,* vt hoc pro alijs potius, quā pro se iustis dicere intelligatur, anathematis sit.

XIX. Nec

XIX. Nec ratio, à numero plurali, quicquam haber momenti. Nam prima ea ipsa ratio erat Pelagianorum: qua diserte damnatur in proxime recitato Caenone Milcuitano. Si in Pelagianis, anathema fieruit, quis condemnat canoniam iudicet in ore Jesuita? Tum autem quis non videt pro se quemque postulare, nostrum panem: & libera nos? Imo pro se quemq; dicere, Pater noster? Et sane non tantum in plurali conceptæ sunt formulæ, ut ne singuli, pro se ipsis solis ore sint: sed etiam in prima persona, ut non tantum pro alijs, sed etiam pro se orent singuli.

C A P . XIII.

Virginem peccasse aliquando.

I. **V**intum Catholicorum argumentum. Nemo purus omnino ab o-
Q uam peccato, incidit vacuam in illum peccatum. At Virgo Maria
inquit aliquando in peccatum. Ergo Virgo Maria, non fuit omnino pura
ab omni peccato. Maior propositio nullam patitur controversiam. Est e-
nun necessaria: nec tantum de peccato actuali: sed etiam de originali. Cer-
tum enim est, actualia peccata esse lobeum originalis, ut hoc sublato, illa
nulla sint, & his positis, illud necessario ponatur, excepto eo solo, per que
peccatum introiit in mundum: qui, est si esset a finito usque aqua purus,
tamen incidit in actualem peccatum, unde in eum superius erit obnoxia ea-
dem, quae in posteris eius deinceps cernitur, & originalis appellatur. Virgo
a. non ipsa creata fuit a Deo immediate: sed nata ex semine Adami: a quo
ac loachim & Anna parentes eius: si j fuerunt eius parentes. Quare, si cer-
tum euadit, Virginem incidisse in peccata aliqua, illud etiam certum fiet,
fuisse peccatis actualibus non vacuam: & præterea obnoxiam originali.

fuisse peccatis actualibus non vacuam: & præterea obnoxiam originali.
II. Itaque tota controuersia deinceps erit in probanda minore. Proba-
bitur autem è Scripturis: siisque, non nostro arbitrio, interpretatis, sed Ve-
terum Patrum observationibus illustratis: vt constet, ante quam idola lo-
tria Christianum inuasisset orbem liberiores fuisse Christianorum senten-
tias in censenda Virgine: neque persuasum, impium esse, qui non nihil næ-
uorum in ea, vt in formosissimo corpore obseruaret: quod Fratres Francisci, quod
Iesuitæ, quod iam Papistarum pars maxima induxit in animum. Id autem
eo fieri illustrius, quo certius erit, in quibusdam, nos Virgini esse æquiores,
quam Veterum nonnullos, qui eius peccatis imputarunt nonnulla, in qui-
bus nos non habent assidentes. Quæ testimonia, quanquam non pro-
bemus, tamen non omittemus, vt illud saltē constet, non tantum non
esse creditam Virginem ab originali macula intactam: sed, nè quidem ab
actualibus intentaram,

III. Luce 1. Maria audito Angelo prominente sibi Filium Iesum, subiecit. Quomodo fiet istud? In quibus verbis non nihil suspicantur incredulitatis nounulli Veterum. Euthymius, Et hec itaq; non creditis, sicut Zacharias: non tamen incredulitas admonita est per paenam, ille siquidem multa habuit exempla susceptionis liberorum, Saray, Rebeccam, Rachel, Annaq;. Virgo autem nullum. Et isto longe antiquior Chrysostomus in Genesin. Homil. 49. Audi verba Gabrielis, que ad Virginem dixit, Postquam enim venit, & dixit, Concepies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum: ob stupefacta est, & admirata, ac dixit, Quomodo erit mihi istud, quia virum non cognosco? Quid igitur Angelus? Spiritus Sandus superueniet super te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ne queras, inquit natura modum & ordinem: quando super naturam sunt quae sunt, Ne species coningij dolores, quando maior, quam in nuptiis natiuitatis modus erit. Et quomodo fiet istud, inquit, quoniam virum non cognosco? Sane propter hoc erit, quoniam virum non cognoscet. Nam si cognosceres virum, non fuisses habita digna, ut huic ministerio seruires, atq; adeo, quod incredula es, per hoc crede.

IV. Hac illi. Sed Salmero, *Euthymij in hunc locum, &c.* aliorum forte *Græcorum expositio non est recipienda*. Esto fane, inquam, nec admittatur. Non enim habebit nos difficiles. Nam & Caluinus molliuit, quantum potuit: & Beza manifestissime purgavit. *Quanquam*, qui pertinaciter voluit contendere, non edat tam facile: quum eadem verba audita sunt à Zacharia: & postea Angelus exemplum Elizabetæ obicerit, confirmandi gratia, sine dubio. Sed nos, vt dixi, facile admittimus, nullum in eo peccatum fuisse Virginis. Interea tamen Veterum nonnulli, & quidem Catholicorum, nec nullius nominis, alter sensere; nec facti anathema ob eam caussam.

V. Vasques, Euthymium sentire Virginem dubitasse, sed ab omni culpa liberam fuisse, arguit. Quia addat, non esse pastram aliquam peccatum huius incredulitatis, sicut Zachariam: eo quod hic excusationem non haberet, cum bene nosferet alias steriles mulieres genuisse: Virgo autem exemplum non nouisset, neque haberet virginis ullius quam prius generasset.

VI Sed Vasques infeliciter diuinat: nos certe non credi Deo promittenti, non possumus putare sine peccato fieri. Argumentum autem nullum. Quis enim nescit: non propterea non esse peccatum, si quid non puniatur? Alioquin remissionis omnis spes praecideretur. Habuit excusationem Virgo. Esto, inquam: sed nulla excusatio peccatum tollit. Paulus habebat aliquam: imo eandem, quæ nunc prætextur, ignorantiam: unde se dixit veniam esse consecutum: sed peccasse tamen, & grauiter peccasse confitetur. Sed & Sara, & que nullum habebat exemplum ylliis sterilis, quæ ante se conceperisset, & tamen dubitando peccauit.

VII. *Lucas 2. cum Christum Ioseph & Maria Hierosolymis in templo reperissent, Dixit es master eius, Fili, cur ita fecisti nobis? Ecce pater tuus. Ego, ericiuius que rebus te. Tunc dixit ad eos, Quid est, quod quaeratis me? An nesciebatis, quod in iis quae patris mei sunt, oportet me esse? Hic vero humani non nihil accidisse Virginem, & Veteres non nulli notant, & responso Christi indicat. Theophylactus, εγρων αυτην, μεταποιησαν αυτην την μητηρα του λεγεντην αυτων: Querebant eum ne forte discessisset, si eum reliquisset. Titus Bostrensis, Sollliciti erant, ne forsan ab eis discessisset, ipsorumq; deferuerisset. Euthymius durius, Quid est, quid me querebant? Quasi errantem videlicet. Drus enim non errat. At non haec tantum, sed & illus pugno parum erat digna Christo. Ambiguntur. His motus exquirunt, quia adhuc quae humana sunt, existat.*

VIII. Sed responsio Christi, manifestam reprehensionem continet. Salmo, Verba ipsa sunt omnino blanda; verum aliquantisper aspera, ac subacerbata. Loquitur enim tanquam illius superior, Et magna cum autoritate, ut presentes indicare possent, se plusquam hominem esse. Quasi dicat, Quia causa est vobis me requirendi, nisi quia me hominem esse ostendis, quem parentum affectu prose-

quimini, neq; de natura diuina nunc humana & preferenda cogitatis? Et in sibi tam libertatem assumens, sub parentum bonorum persona, omnes filiorum creatorum. & adolescentium institutores occulte admonuit, in negotio Dei, parentum ratione non esse habendam. Qui amat, inquit, patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: & obedire oportet Deo magis, quam hominib. Satis diserte. Nam primo verba illa aspera, & subacerba, non solent, imo non possunt vsupati, nisi aut in recedentes ab officio, aut certe a moroso aliquo. De Christo autem quicquam vel cogitare non exactissimum, nimis alienum a Christianis. Itaq; alterum tutius, ut Ioseph & Maria dedisse credantur causam. Tu autem potuitne esse Maria certa esse vere Deus, & tamen non cogitare de Dei natura humana & preferenda? Imo non tantum id non cogitare, sed etiam non nihil contra conari? Deniq; si hoc exemplo docuit Christus Deo magis obediendum quam hominibus. Ergo necesse est Virginem voluisse sibi potius obediiri, quam Deo: eo saltu momento: ut sape improuidae hominum mentes feruntur ultra limites officij, etiam sibi probe cogniti. Non enim dubitandum Mariam certissimam fuisse, Deo semper magis obtemperandum, quam sibi: imo & ipsam ita voluisse. Nam etiam verba Christi, *An nesciebatis*, non sic intelligenda sunt, quasi hac in re eos ignorantiae acculareret, sed quomodo frequentissime obijcimus scientibus, id ipsum, quod sciunt, & cuius videntur oblieti, in hunc modum: *Vos satis scitis me occupari debere in rebus Partis meae*: itaq; non deberis nunc contra instare. Ut ad Rom. 6. *An nescitis, quod cui sibi vos ipsis seruos ad obediendum, eius serui estis?*: Decimo, *An nescitis de Elia, quid dicat Scriptura.* Prioris ad Cor. 3. *An nescitis vos esse templum Dei?* Et sic sape in eadem epistola. Omnino ea phrasis significat, vel ignorantiam eius quod fieri debet, vel aliquid non respondens ei quod scitur. Vt roris modo hic intelligatur, aliquid euincitur in Virgine non omnino exactum ad officium.

XI. Ioannis 2. Vocatus est etiam Iesus at discipuli eius ad nuptias. Et quum defecisset vinum, Mater Iesu dixit ei: Vinum non habent. Dixit Iesus, Quid mihi tecum, mulier nondum venit hora mea. Hic vero verba sunt, quam in praedictis duabus, qua non tantum reprehensionem, sed etiam reprehensione severiori iacreptionem significabant. Eiusdem autem sententiis, inquit magnus ille Athanasius contra Arianos Orat. 4. increpabat matrem. Similiter Chrysostomus in Matthaeum Homil. 45. ἐπειπονοντες αὐτοῖς οὐσίαν, increpauit importune petentem. Ireneus lib. 3. c. 18. dixit, repulisse. In Euthymio Latine, nam Graece non habemus, Joannes Hentenius vertit corripere. Theophylactus. At haec siue increpatio, siue correptio, siue repullsa, si absque causa, & praeceps meritum, hoc est, citra ullum Virginis peccatum accidisse dicitur, tum Christus ipse peccasse comportitur: quod absq; blasphemia ne cogitari quidem Christiani sunt persuasissimi. Itaq; Theophylactus, διὰ τὸ πλεόνασθαι τὴν ἀληθείαν, Ille corripit eam non absq; causa. Porro, nemo iuste increpatur, nisi in quo est aliquid quod increpatio sit dignum. Verba Augustini 2. de Peccatorum meritis & remissione c. 25.

X. Quaris peccati genus? Etsi melius erat dissimulari, & nihil queri praeter Diuinam increpatiōnē: vt & humanam sortem in Virgine deploraremus: & quicquid vterius cogitari potest, in honorem vngeniti modesto silencio patrem occultari Nihilominus si virgeat Papista, iudicio, primo ex verbis Christi: Nam is diserte, *Nondum venit hora mea.* Tum ex Patribus: Irenaeus, Properante, inquit, *Maria ad admirabile vini signum.* & ante tempus volente participare compendij poculo, Dominus repellens, eius intempestivā festinationem, dixit, *Quid mihi & tibi est mulier?* Chrysostomus notauit *an ueris autē eis.* intempestive, importune precentem, vt Henricus reddidit apud Eu-thymium Sed hanc *an ueris.* Nyssenus interpretatus est ab astate Christi, que non subesset amplius imperio materno. Oratione in illud Pau. i, *Tunc filius subiectus erit,* & *μητέραν συμβάλλων καὶ παρέστηθεν αὐτῷ σεργογέρεβον* & *πεπονικόν,* *πίστιν,* *πίστος,* *στήγων,* *μητέραν τεκνη μητρὸς ἐπαγεῖται* *εἰδεῖ,* *εἰδὼν τεκνη μητρὸς τὸν τοντορετό παρερχόμενην ἡγεμόνην καὶ αὐτὸν στολῶν,* Maternum consilium, ut quod minime in tempore adiceretur, reiecit, dicens, *Quid mihi & tibi, mulier?* Nunquid etiam hanc meā statēm regere vis? an nondum mea venit hora, que præbet alati ut imveret, & sit sui iuris?

XI. Et tamen etiam vltrem, obseruator nonnihil accedens ad vanam gloriam Chrylostomus in eum locum Ioannis. οὐδὲν λέπει σκέψεις κατέθεσεν, εἰ τούτῳ λαμπεῖτε φέρε τοιούτῳ Αγ. Ε. πνεότε, Volutis eiis bene me-
reri, seque ipsam clariorē fieri per filium, εἰ ταχείᾳ αὐτῷ πάντοις ἐπεπλευται, εἰ δέπε-
ρι οὐδέποτε οὐδεποτε, λεγεντες, δεκτον σταυτον τον κόσμον, ειποτε τοιον θαυ-
ματον δέκαν γενησαντας. Forte & nonnihil humanitas affa est, ut & fratres eius
quum dicerent, Ostentato teipsum mundo, volentes eius miraculis famam
quovere. Nec Augustino decti sua conjectura, de Symbolo lib. 2. c. 5. Imprimo
miraculo tentauit illa femina, subere se filio posse tranquam mater, domina
(an, & domina) quae se agnoscebat ancillam : Fili, ait, deficit illis vinum: fac
ruris, ut aqua convertantur in vinum. Abite nunc Iesuita & Augustinum
vindicate Papistis. At quomodo ille, qui putauit virginem nimium sibi ar-
rogare, quum filio iure matris imperare vellet: quomodo, inquam, ille Pa-
pist toleraret, volentes, ut nunc, nanc etiam, quum sedet ad dextram
Patri, illa iura matris imperet?

XII. Hic Gerardus ardet torus, & aduocat vndiq; subsidia Maldonati, Toleti, Canisij. Primo probari sibi postulat, Mariam à Christo vere reprehensam. Deinde ipse non reprehensam disputat. Hoc posterius videbo. Sed enim in priori, cur postulat nos actum agere? Reprehensam enim virginem tum solus indicauit textus *Quid tibi & mihi mulier?* Tum vero Partes asseruerunt. Sed has frigidas probationes feruidus appellat Iesuita. Cur ergo frigida ipsa Domini verba? Nimirum Toletus dicit hanc phrasin ex se neq; contemnentis esse, neque reprehendentis. Et probat exemplo dæmonum, qui Matth 8 *Quid nobis tecum, Iesu Filii Dei?* clamantur, quin tamen Iesum non contempnerent.

XIII. Enimvero nonnulli hæc verba sunt torqueatæ conati, quasi dicta hoc sensu: *Quid tua interest, aut mea, quod nuptiis vinum deficiat?* Sed hoc nunquam admittant Papistæ, qui mirantur Virginis promptam charitatem quæ de alijs esset sollicita & recte. Sed nos addimus, nullo id inquam aut Hebræo, aut Græco, aut Latino exemplo fictum esse. Nam, ut sepe eadem phrasis occurrit in Scripturis, ita nunquam nisi ~~ἐπιτηληταῖς~~. Et, ne sim prolixior, retundat nunc suis verbis acutior Iesuita stupidioris Iesuitæ pericaciam. Salmero in hunc ipsum locum probat multis Scripturarum exemplis, similes loquitiones non significare, hoc ad te vel ad me non per-

tinere: sed potius negare coniunctionem, & propinquitatem. Quæ tamen verba, quum multo difficultius intelligantur, quam ea ipsa, de quibus controverbia est, tamen post citatos locos; Nulla est mihi tecum coniunctio, vel propinquitas, vel nihil mihi, & tibi commune: vel nihil rei tibi sit cum iusto illo. Denique accedens ad verba Domini, Videlicet illam excludere, quasi diceret ad matrem Dominus, Quid mihi tecum est commune? Sed profecto Veteres illi acutius videre, qui repulsam, qui iniuriam, qui iniurias dixerunt. Itaq; Tolletus audacius, quam verius, negat phrasin esse reprehendentis. Quod adeo est contra sensum communem, vt Maldonatus coactus sit dicere: non veram quidem: sed simulatam tamen esse comprehensionem. At contemnitur, quid opus erat? Nemo enim nostrum affterit. Sed ille sophistice duo coniunxit, contemptum, & comprehensionem: vt non tantum refutatio magnifice triumpharet. Spolia ampla, scilicet.

XIV. Sed Veteres quid sunt tam male de Iesuitis meriti, ut naso suspe-
dantur ad uno? Theophylactus & Euthymius, inquit Gerardus, numerum
non faciunt: quia abbreviatores sunt Chrysothomi. Imo, inquam, s^ep^te
diuerrunt a Chrysothome: quod infinitis exemplis probare possum, si opus est.
Et tandem hoc saltē negari non potest his duobus, multis annis post Chry-
sothomum, Chrysothomi explicationem placuisse.

XV. Sed de Athanasio, & Chrysostomo, quid excipiunt? Primo, Non intellexisse, Virginem realiter & vere à Domino reprehensam, quam alibi ab omni errore & peccato liberat: sed reprehensionem, intelligit admonitionem, instructionem. Et quidem non ita, ut Maria admoneretur, aut instrueretur. Quinam igitur? Nempe coniuixæ, qui aderant, ut ne se puram creaturam, mulierem ortam crederent.

XVI. Quid nos istis hominibus precemur, nisi bonam mentem : His, inquam, hominib. quibus quodlibet licet? Nam istis sane, quantum videre est, præter propriam audaciam, nulla lex est. O causæ desperatissimum statum; Non enim potest consistere, nisi omnia inuertantur. Theologix se Doctores & Magistros profitentur. Theologiam inuerterunt. Physicam, Metaphysicā si attingunt, suis somnijs inferuire cogūt. Quid superest? Etiamne vt linguis habeant pro arbitrio, & quæ verba in vsu sunt promiscuo, ea ut nihil significant, nisi quod illi statuerint? Enim uero grande illis hoc operæ precium est, quum asserint *in vñitvñ mñt* nihil esse aliud, quam primo admovere, instruere, secundo non matrem, sed circumstantes. At *vos*, ac pudeat Iesuitæ manum ferulæ summittere, & discere à cordatis, quod nondum scire voluistis. Certum est Christum admonuisse, instruxisse: sed *in vñitvñ nñm*. Certum item admonitos, instructos voluisse adstantes: sed *Aḡt r̄tu m̄s m̄n̄d̄s iñ n̄t̄l̄ḡo*. Itaque ordienda de nouo vobis est tela. Frustra enim primus orsus cessit. Nam, quod interfatus est, ab Athanasio Virginem liberatam omni macula, purum putum est mendacium.

XVII. Sed qui importunus quæsitor fuit, fortean solidus erit disputer. Negat igitur Virginem reprehensam. Hoc argumento; Nulla est reprehēsio diuina, vbi nulla reprehendendi causa. At in Virgine nulla reprehendendi causa. Ergo nulla reprehensio diuina. Maior patet. Minor probatur primo à remotione. Nam neq; peccauit præcipiendo: nihil enim præcipit, tantū exponit vrgentem necessitatem: neq; præueniendo tempus, nullum enim præscribit: aeq; præsumptione, aur vana gloria, quod ne verisimile quidem est: & Caluinus præsumptionem longe arcet: ac sane Deus solus cognovit cor Virginis. Secundo, quia si qua fuisset in culpa Virgo; non fuisset editū, quod postulabat, miraculum. Nunquam enim Deus miraculum edidit male rogatus à curiosis, & ambitionis. Tertio, quia tum maxime laudabilis erat Virgo, primo propter fidem: creditit enim omnia Filio possibilia, Secundo: propter prudentiam: quia omnia permittit arbitrio Filii, nulla ei lege dicta. Tertio, propter obedientiam, quam tum ipsa Filio exhibet, tum alias docet, *quaecunque*, inquiens, *dixerit vobis facite*. Quarto, propter charitatem: quod nemissa, nec rogata; sponso, & sponsæ condoleat, & quum non posset per se illorum inopiam subleuare, beneficium apud Christum officiole procurat, & sua demum intercessione impetrat.

XVIII. Festiuam *αιτησάσθασι*, quæ nos nostro impetrat argumeto. Major ergo esto certa. Sed minoré negabunt nobiscum Irenæus, Athanasius, Chrysostomus, Augustinus, reliqui. Eorum partes longe sunt superiores: si personas comparemus: si rem ipsam attendamus. Nam ipsa per se verba Christi *ἐπιτάχει* significant. At nullam fuisse reprehensionis causam non possunt Iesuitæ, nisi longe petitis argumentis anfractibusq; longis persuadere, itaq; perspicue rei obscura argumenta opponuntur. Tum a. cuiusmodi? Neq; precepit, inquietunt, neq; præuenit tempus: neq; præsumpsit. At hæc omnia falla sunt, si idem iudicibus venerandis Patribus. Nihil præcepit. Imo Patres contra sentiunt: nam ea verba, *vnum non habent*, visa sunt illis occulti præcepti vim obtinere. Et quidem tanto magis, quanto sunt breviora. Sed este, hæc tamen pars verisimilis. At de temporis importuna occupatione, quis præxutus esse potest? Nam Christus quo sum negavit, horam suam adhuc venisse? Nam id aperte significat nondum tempus esse opportunum. At illa nullū tempus præscriptum. Quasi Christus non multo melius conceperit admonentis mentem, quam illius Iesuita. Christus, qui non etiam in lingua silentio cogitationes cordis cognoscet. Tum a. quid opus erat disertis verbis exprimere tempus aliquod, quum, ipso fatente Gerardo, Maria proponeret virginem necessitatem? Nam id satis est, ut intelligamus voluisse Mariam praefens ferri auxilium. Quorsum enim post nuptias? Vanam gloriam, fateor paulo longius quæ sitam esse: neq; ex verbis aut Marie, aut Christi confici posse; Itaque non sine causa dispuicuisse Caluino. Agant ergo cum ea Iesuitæ pro arbitrio: dum meminerint, magnis eam viris venisse in mentem: neq; iis hæreticis.

& Iudeorum. Quanquam in deserto concessum est Israelis male postulantibus, manna, & aqua, & carnis: in quib.n.hilo minora erant miracula.

XX. Tertio, Virgo dicitur fuisse laudabilis. Sane, inquam, sed ~~magis~~, non
a. absolute. Itaque; etiam digna reprehensione. Ut sapientia alii alias. Nam & Apo-
stolorum pro Magistro zelum quis non laudet; quatenus irascabantur Sam-
aritanis illis, qui ne hospitio quidem Iesum exciperent volebant; Et tamen, *Nefis-
tis*, inquit Christus, *cuius spiritus vos sis*. Luc. 9. Sic Petrus, non absq; charita-
te, Dominum dehortabatur ab itinere Hierosolymitano, & tamen audit *Vaderetro Sathanam*. Matth. 16. Quid plura; etiam Iudeos Paulus habere testa-
tur zelum Dei: sed sine scientia. Itaque; fuetis sane magna Marie fides, magna
obedientia, magna caritas, fuerit etiam, si placet, magna prudentia. Etsun-
to eae partes in primis laudandas. At eius sunt nonnulla impatientia, nonnulla
sua iuriis confidentia nimia. Etae partes meruerunt *imperiori*.

XXI. Marc. 3. *Venient fratres, & mater eius, & foris stantes, miserunt ad eum & eum vocarunt. Sedebat a. circa eum turba, & dixerunt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris querunt te, Tu ne responderis eis dices, Quae est mater mea, aut fratres mei? Ne hoc quidem loco excusari potest Maria, quominus aliquid pecaerit. Euthym. in 2. Matth. Quia runc multitudinem docebat, nec aquil evat ut hos relinquere, & ad maiorem, & fratres procurreret, ait, Quae huiusmodi mater mea est, aut qui huiusmodi fratres mei sunt, ut propter illorum obsequium, tanta multitudinis utilitatem parvipenaam. Sed Theophylactus disserit Euthymio; nam hic oblique tantum indicauit peccatum. Sed ille in Matth. A. iōpi-πιον τὸ ἵερελετον αὐθεντικέστη μὲν οὐ, ὅτι ἐγένεται εἰς τὸ περδόν, αὐτὸν γὰρ μέτρα καὶ ποιῶντας αὐτὸν εἶναι λαζαρού, οὐ διάτητας τοις πάντοις φίλοι πιεσθέντος οὐδὲ τοις φίλοις οὐτῆς τὸ θάνατον. Humanū quid voluit ostentare mater, nimurum sibi ins esse imperandū Filio. Necdum n. quicquam magni de filio sapiebat. Propterea adhuc loquenter voluit ad se auferre gloriāns de subditō sibi filio. Et in Matrem. ei αὐθεντοφοι. Κυριον Φρονοσπίτης καὶ σηλήνον κρατοῦν αὐτὸν οὐτε ιερόν οὐ δαιμονιόν, εἰ δὲ μητῆρ Φηλοδοξίας πατέρα πίστη κρατοῦντος, ηλθεν δέοντος διδασκούλας αὐτὸν οὐτε σωστὸν, καὶ δεκίνεισι τοῖς όχλοις, ὅτι τον οὐτον αὐτὸν διωρθρεύειν αὐτὸν καὶ τον οὐτον, μεταρρύσασι τὸ θεραπευτικόν. Fratres Dominis inuidentes, accesserunt capturi eum tanquam emota mentis. Et adamoniacum. At mater ambitionis nonnullū passa, venit eum a docendo auferens: ostensurā turbis, sc. eum, quem illa mirarentur, ita circumducere, ut a docendo abduceret.*

XXIII. Sed & antiquissimus Tertullianus de carne Christi, c. 7. Sed quod ratio responsi, matrem & fratres ad præsens negantis, discat etiam Apelles. Fratres Domini non crediderunt in illum, sicut & in Euangelio ante Marcionem edito, consinetur. Mater aque non demonstratur adhæsse illi, cum Martha & Maria alia in commercio eius frequententur. Hoc deniq; in loco apparet incredulitas eorum, cum is doceret vitam vita, cum Dei regnum predicaret, cum langoribus, & vitiis medendis operaretur, extraneis defixis in illum, tam proximi ab erant. Deniq; superuenient, & foris subficiunt, nec intrœuant: non computantes scilicet quid intus ageretur: nec sustinent saltem, quasi necessarius aliquid afferrent eo, quod ille tum maxime agebat, sed amplius interpellant, & a tanto opere renuciatum volunt. Oro te, Apelles, vel tu, Marcion, si forte tabula ludens, vel de historiis aut aurigis contendens, tali nuncio auocareris, nomine dixisses, Quam mihi mater, aut qui fratres? Deum predicanis, & probans Christus, legem & Prophetas adimplens tant' retro & ui caliginem dispergans, indigne usus est hoc dictio, ad purgationem incredulitatem foris flantium, vel ad excutientiam impunitatem ab opere reuocantium?

XXIV. Hæc quanquam olim ita scripta sint: tamen Gerardus part. 2. tract. 9. primo negat Mariam peccasse: secundo, à Christo fuisse vituperata. Si peccauit, vel manendo foris, & hoc minime: quia testatur Matthæus non potuisse ingredi: Vel missò nuncio, qui sermonem turbaret. At-

qui id fieri potuit non à Virgine, sed à fratribus Domini, quos Ioannes capite septimo, negat in eum eruditum. Virgine non conscientia. Imo Canisius censet hunc nuncium à nemine missum, sed sua sponte significasse Christo matrem & fratres eum conuentum velle. Præterea, nuncium posse *ad gentes* accusari, ob non legitime obitam legationem.

XXV. Et à Christo quidem vituperatam fuisse matrem, non opus erat Gerardum negare. Quis enim nostrum afferit? Quod si ea in re monitori nobis opus esset, tamen Gerardorum myriabibus, vnum longe præferimus Chrysostomum, qui non ad Mariæ tantum, sed & ad fratrum contumum, hæc Christi verba perrinere negat: hom. 45. in Matthæum, *εἰδὼς* ὃς αὐτοὺς πεπονισθέντας τὸν οὐρανὸν, τὸν οὐρανὸν εἰπεῖσθαι, εἰκασίων, αὐτὰ διογνώσθω. Quoniam ad eum attendeant tanquam merum hominem, & inani gloria tentabantur, morbum eum sanat, non ad contumeliam respondes, sed ad emendationem. Et in Ioannem homil. 2.0. Dixit, Quæ est mater mea: & quis sunt fratres mei? εἰκασίων τὸν φίλον τὸν αὐτοῦ, αὐτὸν φρεάτων τὸ μεγάλον. Non quo matrem contumelia afficeret, sed ut vel maxime ei prodesset. Similiter Theophylactus in Matthæi 12. εἰκασίων τὸν αὐτοῦ αὐτοποιητόν. Nulla contumelia matrem afficit, sed corrigit ambitum, & humanum animum. Hæc illi nos docent: & docent multo certius, quam Gerardus *λειτουργίαν* in *τριάντα*. Sed utrumque docent: & nulla contumelia Virginem affectam: & corrumpit tamē: quorum alterum duntaxat Iesuita voluit.

XXVI. Non peccasse Mariæ manendo fotis, consentimus. Sed missio nuncio non peccasse, magnum quid præstiterit Iesuita, si probet. Nam Patres contra sunt. Potuit, inquit, fieri non à Virgine. Agnosco: sed vicissim agnoscat ille, fieri potuisse à Virgine. Et agnoscat iterum, non eo quemquam excusari, quod potuerit ab eo aliquid non fieri: sed quod omnino non factum sit. Sic enim potuit Petrus non dehortari Christum ab itinere Hierosolymitanu: potuit eundem non negare: ter: potuit Iudas ipse non tradere Christum, & *μη μηκωδεία*: Potuit Adam non peccare. Nectamen propterea extra noxam, aut Petrus, aut Iudas, aut Adam. Sed Canisius aperte mendacij Marcum arguit, quum negat nuncium à quoquam missum. Nam Marcus diserte afferit. Non legitime obitam legationem, vnde conjetit? Quanquam potuisse non negarim. Sed potuisse etiam Gerardum hæc tam inepita non effutare, facile crediderim: imo potuisse etiam virum bonum esse, nec Iesuitam fieri, facile mihi persuadeo. Nec minus tamen & Iesuitam factum doleo: & hæc absurdissima absurdissime scripsisse indignor.

XXVII. Nec vero hæc tantum: sed & ad Christi passionem non nihil Patres obseruare visi sunt in Virgine paululum ab officio deflectens. Origenes hom. 17. in Lucam. Deinde Simeon ait: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: Quis est iste gladius, qui non aliorum tantum, sed etiam Mariae corporans transibit?* Aperte scribitur, quod in tempore passionis omnes sint Apostoli scandalizati, ipso quoq; Domino dicente: *Omnis vos scandalizabitini in nocte hac.* Ergo scandalizati sunt uniuersi, in tantum, ut Petrus quoq; Apostolorum principis tertio denegari. Quid putamus quod scandalizatis Apostolis Mater Domini à scandalo fuerit immunis? Si scandalum in Domini passione non passa est, non est mortuus Iesus pro peccatis eius. Si autem omnes peccaverunt, & regent gloria Dei, iustificati gratia eius, & redempti, vixi & Maria illo tempore scandalizata est. Et hoc est, quod nunc Simeon prophetat, dicens: *Et tamen ipsius animam, quæ scis absq; viro peperisse te virginem: quia audisti à Gabriele, spiritus Sanctus veniet super te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, pertransibit infidelitatem gladii, & ambiguitatem mucrone ferieris, & cogitationes tuae te in diversa lacerabunt, quum videris illum, quem filium Dei audieras, & sciendas absq; semine viri esse generatum, crucifigi, & mori, & supplicius humanus efficietum.* Theophylactus in 2. Luca non abhorretab hac sententia, in ea verba Simeonis, *τίκτε υψηλὸν διάλυσις ήτιν τῷ πάτερι θεού μην:* Forte, dolor ob passionem: *τίκτε ψηφαῖς λέγετε τὸν σκανδαλισμὸν ἐπὶ τοῦ μαρτυρίου, οὐ γὰρ τὸ Κύριον ταύτης μηδὲν ισχεῖται, πῶς ὁ τοῦ θεοῦ διατάξεως: διανυσαντα πάντες, διεκρούσανται στοχοῖς, ἐπανεῳδην καὶ επειδὴν, τοῦ στολὴν.* Forte & gladium dicit scandalum, quem passus est, quum vidit Dominum crucifixum, forte enim intrasse agitabat, quomodo hic, qui sine viri semine genitus est, qui miracula patravit, qui mortuos excitauit, crucifixus est, & mortem passus, & confusus? Virtus Bostrensis. Gladii nomine tentatio, cogitationum fluctus, & mentis agitatio, hoc loco designatur. Simeon namque sacra Maria Virgini vaticinatur, post luculentum illud Gabrielis testimonium, post arcana diuina conceptionis notitiam, post evidentem tot illustrum miraculorum demonstrationem, quando cruci assisteret, factaque & dicta quæcumque se offerent, cernet & audiet, quandam animi tribulationem ipsi obrepturam.

XXVIII. Citat etiam Salmeronem tract. 43. tom. 3. Chrysostomum in Psalmum 13. Quando Christus fuit crucifixus, non fuit, qui faceret bonum, discipuli omnes fugerunt, Joannes nudus recedit, Petrus negat, ipsius Mariae matris anima gladius dubitationis pertransit. Basilius Thom. p. 3. q. 27. art. 4. Dicit Basilius in Epistola ad Optimum, quod beatæ Virgo assistens cruci, & afficiens singula post testimonium Gabrielis, post ineffabilem diuinam conceptionis notitiam, post ingenitum miraculorum ostensionem, animo fluctuabat, ex una scilicet parte videntis eum pati abiecta, & ex alia parte considerans eius mirifica. Autor Questionum Novi Testamenti, quæ tribuuntur Augustino, quæst 73. Quod autem adiecit, dicens, & tuā ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur multis cordium cogitationes, hoc vtique significauit, quia etiam Maria, per quam gestum est mysterium incarnationis Salvatoris, in morte Domini dubitaret, ita tamen, ut resurrectione, honore & virtute firmaretur, omnes stupore quodam in morte Domini dubitarent, non tamen in dubitatione manerent.

XXIX. Non hic nullus est, numerus, nec nihil virorum, quibus etiam Salmero addit Amphirochium. Et sane verisimile est, eam, quæ vnius, aut alterius diei absentiam pati non potuit, ut se non sentiret *διανοώσειν*, cruciatam, mire concussum fuisse, quum cruci affixum contemplata est. Adeoque Papistæ dicunt ostentari nunc Hierosolymis locum, ubi psalmus defecit pre animo angore. Quod si est, tum qui potuit fieri, ut non oblita essem resurrectio, quam non minus diserte Christus predixerat, quam mortem?

XXX. Sed hæc Patrum testimonia Gerardus tractatu decimo secundæ patris eludit, magno verborum profluvio, inani rerum substantia. Concedit Patres tribuisse Mariæ dubitationem: at non in fide. Quamlibet autem dubitationem, negat esse peccatum. Quam ergo dubitationem? Admirata.

Tom. III.

tionis, inquit, & naturalis pietatis. Sed effugium est vanissimum: nam *πάντας* *διάλογον* Theophylactus dixit: & Origenes, qui etiam addit infidelitatis gladium. Intelligi autem peccatum, collige ex Origeni, negante pro Maria peccatis mortuū Christū, si Maria nō esset scandalum passa in passione. Ex Chrysostomo, qui non fuisse qui faceret bonum, inde colligit. Sed oppono Gerardo, Salmeronem. *Dura est interpretatio eorum, qui dicta horum Patrum intelligenda volunt de eodubitationis genere, quod nō ex infidelitate procedit, sed de habitatione superis, quae in gentem admirationem comitari solet.* Quod certe violentum est. Nam apertam faciunt mentionem de dubio infidelitate, & descendalo, quod in cruce perpetua est.

XXXI. Quid ergo? Nempe præstabat nō dūm secare quam in soluendo frustra laborare. *Commodius* est, inquit Salmero, dicere, vel hos Patres liberiori suo tempore loquitos fuisse, quo non sat is explorata erat, atque comperta. B. Virginis sanctitas, atque consensus fidei, vel Originem verba Euangelica in iniuriam Mariæ detorisse, & ceteros omnes Patres Originem secutos fuisse, & rationes eius fruolas esse & infirmas. Certe, inquam, Commodius. Bene Salmero, Commodius: quod vnum Papistæ curant. At non verius, quod Catholici querunt. Nam, quæ causa est, ut non fuerit Origeni, Amphirochii, Chrysostomi, Basilio, Theophylacto, Tito Bostrensi, alijs, & que nota Virginis Sanctitas ac Salmeroni? Aut, quis credit rem gestam certius cognitam post secula sexdecim, quam ab initio, aut paucioribus post initium seculis? Maxime, quum ne hodie quidem villa habeatur pro fundamento. Scripturæ autoritas certa. Nam ita fit, ut ex Traditione haberi necesse sit. Qui autem ex Traditione, si non permanet? Et qui per manus, si non à primis? Nisi forte nouas à Montano didicerint reuelationes: & rursus ad Brigittas reueluamur. Sed hæc non est necesse prolixius disputari: Nam effrænis audacia pertumpit omnia: neque rationis leges vilas magis curat, quam aranearum telas Tabani.

CAP. XIV.

Testimonia Veterum de Virgine peccatrice.

I. *S*parsunt Veterum testimonia, quæ, etiā iam multa habemus: tamen placet nonnulla p̄zterea addere, & aduersariorum strophas considerare. Tertullianum de carne Christi, audiuius capite præcedente. In hoc Rhenanus annotauerat hoc libro sunt quæ euariant à placitis recentium Theologorum: ut quod de fratribus loquens dicit, Matrem quoque non adhæsse Christo, cum ab initio statim omnem illi felicitatem tribuant Theologi isti, quos Scholasticos appellant. Quanquam à Tertulliani sententia, præter Originem, non ita abhorrent diuīs Aurelius Augustinus, & Ioannes Chrysostomus. Quod Renatus Laurentius descripsit, nec contradixit. At Pamelius calumnias insimulat. Qui vero? Nempe ita placer, vel meridie solem non cernere. Atqui, inquit, potest intelligi de adhæsione perpetua in Christi contionib. & quod sequitur, incredulitas eorum, ad fratres Domini. Illud verum: non enim videtur negare Tertull. matrē Filio per charitatem adhæsse. Sed defectum tamen in eo obseruat, quod mater, multo propinquior quum esset, tamen esset Christo minus assida, quam Martha & Maria. Alterum autem de infidelitate habet non nihil prima fronte verisimile. Sed nihil obstat, quominus communis sit defectus, quum accusatio sit communis: illud sane negari non potest, importunitatem imputari reque Virginiac fratribus. Ac proinde Tertullianum aliter sensisse, quam Scholasticos Theologos, ut Rhebanus annotauit.

I. Melchior Canis Lectorum lib 7. c. 1. primo. *Sancti omnes, qui in eius rei mentionem inciderunt, uno ore assuerarunt beatam Virginem, in peccato originali conceptam: Hoc videlicet Ambrosius astruit super Psalmum centesimum decimum octauum, concione sexta: Hoc Augustinus super Psalmum trigesimum quartum, in illum versiculum: Ego a. cum mihi molesti essent. Et libro secundo de Baptismo parvulorum capite 24. & decimo super Genesim ad literam, capite 18. & libro tertio contra Iulianum capite 9. Hoc Chrysostomus super Matthæum: hoc Eusebius Emessenus in secunda concione nativitatis Domini. Hoc Remigius super Psalmum 21. & Maximus in sermone de Assumptione Beatæ Virginis, astruxere. Idem quoq; affirmat Beda in homilia super missas est. Anselmus in libro cur Deus homo, capite 16. Bernardus in Epistola ad Lugdunenses centesima septagesima quarta. Erhardus Episcopus & Martyr in concione quadam de Nativitate beatæ Virginis. Sanctus Antonius Paduanus in concione etiam de nativitate eiusdem sanctæ Virginis, Sanctus Bernardinus in sermonum suorum opere tertio in tractatu de beata Virgine, concione quarta. Diuīs Bonaventura tertio Sententiarum, distinctione tertia, quæ litanea prima. Diuīs Thomæ tertia parte, quæ litanea vigesima septima, articulo secundo. Diuīs Vincentius in sermone de Conceptione Beatæ Virginis. Diuīs Antonius i. p. 8. Damascenus libro tertio sententiarum suarum. Hugo de Sancto Victore de Sacramentis p. 2. z. 4. Hac Canis: ad extremum negans quemquam sanctorum contra venisse. Vbi ergo consensus Catholicus, quem cum libertate supra cœlos extollunt aduersarij? Sed horum autorum nos iam non nullos recitauimus. Addamus alios.*

III. Augustinus de Genesim ad literam, lib. 10 cap. 18. *Quid incoquinatus illo utero Virginis, cuius caro, etiam si de peccati propagatione venit, non tamē de peccati propagatione concepit?* En tibi diftere carnem Beatæ Virginis, venientem de propagatione peccati? Sed alibi Gerardus, ab Augustino exceptam dicit Virginem. At nos hanc exceptionem alias examinauimus. Tum autē exceptio dici nullō modo potest. Nam exceptio est à regula generali. At hic nullā regula est generalis: fed particularis de Virgine enunciatio. Certe qui Virginem dicet conceptam in peccato: & postea eandem nieget conceptam in peccato: nulla eum mens sana dicet exceptionem facere, sed potius sibi fidei contradicere. Quod de Augustino vix honestum cogitare.

IV. Huic loco alius eiusdem Augustini similis est: contra Julianum lib. cap. 9. *Si sine dubio caro Christi, non est caro peccati, sed simili corporis peccati: quid refutat, ut intelligamus, nisi ea excepta omnem reliquam humanam carnem esse peccati?* Et hinc appetit illam concupiscentiam: per quam Christus concipi noluit, fecisse in genere humandi propagationem mali: quia Maria corpus; quamvis inde venerit, tamen eam non traiecit in corpus; quod inde non concepit. Ceterum corpus Christi inde dictum esse in similitudine carnis peccati, quia omnis ait: huminum caro peccati est; quisquis negat, & carnem Christi, ita carnem domi-

*P*rat naſcentium hominum ceterorum, ut afferat utramque esse puritatis aqua-
tis, detestandis hereticus inuenietur. Nota corpus Mariæ inde venire id est,
ex concupiscentia, quæ propaginem mali facit: quomodo prius eius caro
dicebatur venire de propagatione peccati. Nota, excepta carne Christi, o-
mnem humanam carnem esse carnem peccati. Ideoq; & Virginis. Nam
hec caput Augustinum diserta.

V. Bellarminus fatetur carnem Virginis, fuisse carnem peccati: nec tamē
in primo instanti creationis animæ eius, non fuisse illi gratiam iustificatio-
nis infusam, qua peccati originalis macula omnis omnino aditus preclu-
datur. Neq; peccati carnem eam dici, quæ peccatum in se habeat, sed,
quæ ex se, & ex natura sua peccatum haberet, nisi gratia illud excluderet,
item quæ non sine libidine parentum propagata est: quæq; si naturali or-
dine gignat, peccatum in prolem omnino traiicit.

VI. Sed iam pridem multis documentis compertum est, Iesuitas multa
ingeniose comminisci, quibus in fleant in suas partes, tum scripturæ sen-
tentias tum Patrum testimonia. Verum nos nunc de Patrum Veterum
sententia loquimur: itaq; Bellarmino non id ingerendum, quod dñe exco-
gitauit: sed docendum, id Patribus aliquando in mentem venisse, hoc est.
iam olim nominata e notione carnem peccati. Nam si recens est inuen-
tum, plausum quidem inter Papisticos, subtilitas merebitur: sed non efficit
tamen, ut ita senserit Patres. Non sensisse autem in hunc modum Patres
doceo: primum ex hoc ipso Augustini loco: vbi Christi caro, comparatur
carni omnium reliquorum hominum, nulla distinctione facta, & negatur
hæc, esse puritatis æqualis cum illa. Nam id significat, carnem peccati in-
telligi ratione impuritatis, quæ non erat in Christo, est autem in reliquis ho-
minibus. At aduersarij, & puram, & perfecte puram appellant Virginem.
Deinde à concupiscentia eam carnem hominum dicit esse, & quidem eius-
modi concupiscentia, quæ facit propaginem mali. At, quæ caro ita est ca-
ro peccati, ut peccatum in se non habeat, in ea nulla facta est propagatio
mali Nam propagatio actualis est, non autem potentia quædam.

VII. Secundo, ab omnium interpretum sententia, qui illud Pauli 8. ad
Rom. in similitudinem carnis peccati, exposuerunt. Nemo est enim, qui non
carnem peccati interpretatus sit carnem conceptam cum peccato, & pec-
cato obnoxiam. Ambrosius. Hæc est similitudo carnis: quia quamvis eadem caro
sit, quæ & nostra: non tamen ita facta in utero est: & nata, sicut & caro nostra.
Est enim sanctificata in utero, & nata sine peccato, & neq; ipse in illa peccauit.
Ideo enim virginis verus electus est ad partum Dominicum, ut in sanctitate
difficeret caro Domini, à carne nostra (sic enim legendum, non vt Costerus e-
d. dit, in carne nostra) in causa enim similis est, non in qualitate peccati sub-
stantia. Propterea ergo similem dixit, quia de eadem substantia carnis, non can-
dem habuit nativitatem: quia peccato subiectum non fuit corpus Domini.
Expiata est enim à Spiritu sancto caro Domini, vi in tali corpore nasceretur, quale
fuit Ada ante peccatum. Chrysostomus επειδη δια μαρτυρησε, δια την οὐρανού
την ποιησαντα τέλον καὶ δια μαρτυρησεν την Καραβίαν, αὐτὸν διό την
την ποιησαντα τέλον αὐτούς μαρτυρησεν. Quoniam dixit peccati, ideo & simili-
tudinem posuit. Neq; enim peccatricem carnem habuit Christus: sed similem nostra
peccatrici, absq; peccato tamen. Theodoretus. Naturam enim humanam ac-
cepserat: sed peccatum humanum non accepserat: & ideo quod acceptum est, non
similitudinem carnis, sed similitudinem carnis peccati appellavit. Cum enim e-
andem quam nos haberet naturam, non habuit eandem quam nos sententiam &
mentem. Sedulus. Nam naturam quidem corporis nostri habuit: pollutionem
peccati, quæ ex concupiscentia motu conceptis traditur, omnino non habuit. Au-
tor Dicitorum & Interpretationum parabolaram Euangelij apud Athana-
siūm quæst. 95. οὐκοῦν δὲ πάνταν αὐθωπίν στάξεις Χριστού τῆς αθεραπίνης
οὐχι, οὐδὲ τὰς αὐθωπίν τις αὐθωπίν στάξεις αὐτούς, καθάπε-
την ποιησαντα τέλον. Nam humana caro Christi similis fuit omnino humanae carni,
quatenus homofuit: At peccatrix non fuit, sicut caro nostra. Thomas. Non e-
nim habuit carnem peccati, id est, cum peccato conceptam: quia caro eius fuit
concepta per Spiritum Sanctum: qui tollit peccatum. Dominicus à Scoto. Ca-
ro peccati, Hebrai musit, pro eo quod est, caro peccatrix, vel caro peccato obno-
xia. Et post. Sed autem in similitudinem carnis peccati, quoniam neq; contraxit,
neq; fecit, neq; ut est post ad Corinth. 5. peccatum novit. Hæc, quæso, qui po-
terunt conciliari cum Bellarmini sensu? Nam certe quæcumque in carne
Christi agnoscunt Patres, eadem de carne Mariæ prædicari poterunt, si ve-
rus est is lensus. Non enim habuisset οὐρανού μαρτυρησαντα τέλον: id est peccatricem:
nec peccato subiectum: Non habuisset eandem quam nos sententiam, &
mentem: Denique sanctificatam ab utero, & sine peccato humano. Atqui
ob has omnes causas afferunt Christum factum in similitudine carnis pec-
cati, non in carne peccati. Quomodo ergo Maria in carne peccati, & non
in similitudinem carnis peccati?

VIII. Tertio idipsum probatur, quia solennis est fides, peccato re ipsa
obnoxia esse omnem, qui venit ex concupiscentia, quam fecisse hic do-
cer mali propaginem. Alias iam nobis exclamauit Fulgentius de fide ad
Petrum. Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per con-
cubitum viri, & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci. Ambrosius a-
pud Augustinum c. 40. lib. 2. contra Pelagium, & Celestium. Seruatum est,
ut ex viro & muliere, id est, per illam corporum commixtionem, nemo videatur
expers esse delicti: qui autem expers delicti, expers est etiam huius conceptionis.
Ipse Augustinus contra Julianum lib. 2. Ex hac lege carnis repugnante legi
mentis, nihil Christi corpus attraxit, quia non ex illa Virgo concepit. Ex hac le-
ge carnis repugnante legi mentis, eandem legem prima nativitate nemo non tra-
xit, quia nisi ex illa mulier nulla concepit. Ue Genesi ad literam, lib. 10. cap. 18.
Corpus Christi, quamvis ex carne femina assumptum est, quia de illa carnis pec-
cati, propagine concepta fuerat: tamen quia non sic in ea conceptum est, quomodo
fuerat illa concepta, nec ipsa erat caro peccati, sed similitudo carnis peccati. In
Ioh tract. 4. Quis innocens? Quantum innocens: omnes ex illa traducere veniunt,
& ex illa propagine, de qua cantat gemens David. Ego in iniuriantem conceptus
sum, & in peccatis mater mea in utero me aluit. Solus ergo ille agnus, qui non sic
venit. Non enim in iniuriantem conceptus est, quia non de mortalitate conceptus
est, nec eum in peccatis mater eius in utero aluit, quem virgo concepit, virgo per-
petrit.

IX. Ergo inconsiderate Bellarminus respondebat ad Augustinum, Au-
gustinum subiectam illum sine Eusebium Emilianum, ut vulgus, siue Cæsariū
Ariatensem, ut Bellarminus cenit: siue vt Baronius, & quidem verisimi-

lius, Eucherium Lugdunensem hom. 2. de Nativitate Domini. Exulta ma-
ter salutis humanae: & paulo post: initiator omnium rerum ab te initiatur, &
profundendum pro mundi vita sanguinem de corpore tuo accepit, et de te sumpsit
quod etiam pro te soluat. A peccati enim veteris nexu per non est immunitis nec i-
pse genitrix redemptoris.

X. Bellarminus responderet, illud per se, significare ex vi generationis, siue
ex natura, non ex gratia. Imo confundit Sophista per se & a se, quæ distin-
guuntur. Potest per se iustus esse, qui tamen non sit a se. Opponuntur
enim a se, & aliunde, item per se, & per aliud. Humanitas Christi a se non
habuit, ut esset pura, sed a Spiritu Sancto. Ast habuit eadem ut esset sancta
per se, quia nullo habuit opus Mediatore. Reliqui autem homines, neq; a
se habent, sed a gratia Dei: neq; per se, sed per Christum. Hoc ergo voluit
Emilianus, Mariam Virginem in nexus fusisse peccati, ut reliquos homines:
sed factam immunem, ut reliquos homines: nempe per Christum, qui pro
ea soluerit, itidem ut pro omnibus.

XI. Addo Damascenum & Anselmum. Damascenus ergo Orthodoxæ
fidei lib. 3. c. 2. Μετά τούτου κατέγραψεν τὸν ἀγρόν εἰπεν
τούτῳ, τούτῳ καὶ τούτῳ λόγος, τούτῳ τὸν Αγρόν, τούτῳ τὸν Λόγον. Post assen-
sum sanctæ Virginis, Spiritus Sanctus superueniens in eam (uxora sermonem Domini
quem dixerat Angelus) purgans eam. Hic tu mihi fraudem aduerte. Nam
illud κατέγραψεν τούτῳ, siue interpres Fabri Stapulensis virtio, siue aliquis
corruptionis fraude, in editione Clichthouei, redditur instruens ipsam. Et
vide, quanti sit fontes consulere. Porro Bedam Clichthoueus Scholijs in
cum locum citat in haec verba, Quia Spiritus Sanctus, cor illius, cum impletuit
ab omni astu concupiscentia & carnalis temperauit: emundauit a desideriis tempo-
ralibus: ac donis celestibus mentem illius consecravit, simul & corpus. Cui stre-
nue se Clichthoueus opponit.

XII. Anselmus, quem vulgo faciunt autorem festi Assumptionis, libr. de
Conceptione Virginis cap. 14. semen de Virgine sumptum afferit esse mundum
quamvis de massa peccatrice. Et 15. Nulla ratio, nulla veritas, nullus intellectus
permittit, ad hominem de Virgine conceptum de peccato massa peccatrice, quam-
vis illa sit assumpta, aliquid potuisse aut debuisse accedere. Et 20. Deus assu-
mptus hominem de massa peccatrice sine peccato, velut azymum de fermentato. I-
dem lib. 2. Cur Deus Homo, cap. 16. hanc enunciationem declarandam pro-
ponit. Qualiter de massa peccatrice, & humano genere, quod totum infectum e-
rat peccato, hominem sine peccato, quasi azymum de fermentato, Deus assu-
mptus. Nam licet ipsa hominis eiusdem conceptio sit munda, & absq; carnalis dele-
ctionis peccato, virgo tamen ipsa, unde assumpta est, est in iniquitatibus con-
cepta, & in peccatis conceptum eam mater eius, & cum originali peccato nata est:
quia & ipsa in Adam peccauit, in quo omnes peccaverunt. Et post, Virgo illa,
de qua ille homo assumptus est, de quo loquimur: fuit de illis, qui ante necessitatē
eius per eum mundati sunt à peccatis, & in eis ipsa munditia de illa assumpta
est. Rursus, Si moriturus non esset, virgo, de qua assumpta est, munda non fuisset
quoniam hoc nequam valuit esse, nisi veram eius mortem credendo. Iterum.
Verè moriturus erat: quia si vere non fuisset moriturus, non fuisset vera fides fu-
tura mortis eius, per quam & illa virgo, de qua natus est, & alij multi, mundati
sunt à peccato.

XIII. Hæc Anselmus: iam tum tamen nimium Papista. Gerardus primo
oppontit alios ex eodem loco. De Conceptu, cap. 16. Decebat, ut illius homi-
nis conceptio de matre purissima fieret. Nempe decens erat, ut ea puritate, qua
maior sub Deo nequit intelligi, virgo illa niteret, cuius Deus pater unicum Filium
suum ita dare disponebat. At si quando fuit peccato polluta, tum intelligi
potest sub Deo puritas maior eius puritate. Item in 2. ad Corint. c. 5. Omnes
mortui sunt in peccatis, nemine proorsus excepto, demta matre Dei, siue originali-
bus, siue etiam voluntate additis, vel ignorando, vel sciendo, nec faciendo quod
insum est. Tertio, festum Nativitatis, quod Anselmi aëuo perveniuerat
Ecclesiam celebrabatur: unde fit non verisimile Anselmum assertuisse, eam
natam in peccato originali. Hæc Gerardus opponit: nam solutiones po-
stea videbimus.

XIV. Respondeo ad primum locum; Anselmum puritatem in Virgine
intelligere postquam mundata fuit: quod ipse Anselmus eod. c. dicit esse
factum per fidem. Qualiter, inquit, virgo eadem per fidem ante ipsam conce-
ptionem (nimis Christi) mundata sit, dixi. At inquam, Angeli non sunt
mundati per fidem: Concludam, ne igitur nolle Anselmum Mariam mun-
datam per fidem: Iesuita aliquis ita insinuat. Sed Anselmus creditit Mariam
conceptam fuisse in peccato: & tamen postea tanta præditam, siue potius
donatam munditia: ut sub Deo nulla esset maior. Quamquam hoc ipsum
nimis profusc. Sed nihil ad nos: nunc quidem, quum non exâcte quid verū
sit, inquiramus: sed quid Anselmo sit visum. Alter locus ex secunda ad Co-
rinthios, magis vrgeret, si nihil haberet suspecti. Simeon Codurus, vir-
dictus, autoritate cuiusdam Simeonis Fontani, docet hæc Anselmo Com-
mentaria tribui falso, & esse Hersei cuiusdam, scilicet tribus Anselmo re-
centioris. Ast ego Fontanum non vidi: sed cuiuscunq; sit liber, ausim
sacramento contendere, hæc verba, Demta matre Dei, esse addititum glos-
sma. Non tantum, quia Anselmus aliter docet: sed etiam, tum, quia, in so-
lens est phrasis, nemine proorsus excepto, demta matre Dei, quæ verba primo
videntur exceptionem tollere, deinde admittere: tum etiam, quia contra
Pauli locum, qui tum explicatur, eo enim docetur, Si Christus mortuus est
pro omnibus, ergo omnes mortuos esse. Nam si ex posteriori membro ex-
cipit Virginem: erit & ex primo excipienda. Quod est absurdum. Deniq; si
essent Anselmi ea verba: tamen non præponderaret locus, vbi obiter tantū
id attingitur, ijs locis, vbi ex professo eadem res tractatur. De festo Nativi-
tatis, primo non constat, utrum ab vniuersa Christianitate fuerit tum tem-
poris celebratum. Deinde, non constat quid de eo Anselmus senserit. Ter-
tio, ut conceptionis festum negant inferre Virginem omni peccato liberat:
sic dicit potest de Nativitate. Deniq; contra diserta Anselmi verba, quid
coniecturæ prodesse possunt?

XV. Nunc Gerardi solutiones audiamus. Illa ex 18. secundi, Cur Deus ho-
mo, verba esse cuiusdam Bosij colloquentis, in speciem obiectionis, quam
longe post Anselmus ipse soluat: nempe Virginem redemptam fuisse, &
sanctificaram sanctificatione filii: eam autem non dedisse filio sanctitatem
sed accepisse ab eo: & purgatam fuisse ab omnisorde, hoc est, præseruatā.
Secundo, Anselmum loqui de prima conceptione in semine: non de secun-
da per quam factus formatur, inducta anima. Natam autem in peccato ori-
ginati

ginali, non posse intelligi de secunda nativitate, quum exiuit ab utero; sed de priore nativitate, quum corpus incipit formari, ante quam infundatur anima: quomodo Matth. 1. Quod in ea natura est, de Spiritu Sancto est.

XVI. Sed haec solutiones sunt inutiles: primo, quia unum solum locum attingunt: quin tamen multa oportet plures sint recitati. Secundo ad priorem, concedo verba illa esse Bosonis interrogantibus. At nego esse obiectionem: sed questionem enucleandam. Audi: *Sicut eorum que supra dicta sunt, rationem aperiusisti: sic peto ut eorum quae sum quae siturus, rationem ostendas.* Primum scilicet, qualiter de massa peccatrice, & humano genere, quod totum infectum erat peccato, hominem sine peccato, quasi azymum de fermentato Deus assumpsit. Non ergo obiectio est, impugnans aliquid ab Anselmo dictum; sed quaestio vel ratio reddatur questionis, quae ponitur pro certa. Itaque fallum ab Anselmo solui: sed verum explicari. Quae autem verba Gerardus citat: non citat, sed indicat, & quidem fidei Iesuitica: ea pertinent ad obiectionem, quae postea facta est. *Placeret mihi multum quod dicis*, inquit Boso, nisi cum ipse debeat a seipso habere munditiam a peccato: uidetur eam habere a matre: & per se mundus non esse, sed per illam. Tum non ita est, Anselmus ait: sed quoniam matris munditia, per quam mundus est, non fuit nisi ab illo: ipse quoque per se ipsum, & a se mundus fuit. Ita Anselmus. Sed Iesuitæ miscent omnia: si quae possint euadere, si quo modo possint imposturam facere. Et quid terguer-satur, quum libro de Conceptu Virginis eadem occurrat phrasis, non iam Bosonis, qui nullus tum loquitur, sed ipsius Anselmi scribentis ad Bolo-nem

XVII. En tibi vero in secunda solutione *guauio*. Non tantum gemina cōceptio, vna seminis, altera animationis, quam à Bellarmino, imo à scholasticis veterib. iam pridem audieramus, sed & nativitatē duplicēvnam ante a nimationē, alteram ab vteri egreſu. Et neget quisquam multum deberi Iesuitis tantorum mysteriorum autorib. Nimirum oportuit. *Nā ēpō dō. dīrētō atōnē, wōdā dō. pōcātēs.* Pergite vero, Iesuitæ, & monstra monstrib cumu-

late. Atqui Anselmus distincte agit de conceptione, & natuitate, & pene verba mutuatus à Davide. *In peccatis concepit eam mater eius, & cum originali peccato nata est.* Ludant loiolitæ pro arbitrio: at sani homines audaciam contemnent. Nam quod ext. Matthæi natum citat, ridiculum est. Quid enim nostra, si vertendo nugatus est interpres, potius quam ferio egit? Quanquam ne ille quidem tam indulxit nugis, vt natuitatem in utero distingueret ab animatione, aut conceptione, nimurum, vt ne nihil habent Iesuitæ, in quo suam exerceant soleritiam.

XVIII. *Défiso*, in Ioanne de Turrecremata in Canonem Firmissime, de Consec. dist. 4. *Plane verum dicit hic clarissimus Doctor Bona ventura Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalis, Doctor singularissimus, qui pro sui excellentia & deuotione dictus Seraphicus Doctor quod hac tententia de Virginis Originali peccato) communior sit inter Doctores, qui clarissimi in Theologia floruerunt. Quod apertissimum erit si quis voluerit excellentiorum doctorum, tam scribentium super Sententias, quam exponentium sacram Scripturam dicta perquirere, reperiet quasi omnes hoc tenere. Et nomina subiicit. Magistrum sententiarum, Hugonem, Gulielmum Antisiodorensem, Prapositum, Gulielmum Cancellarium Parisiensem, Alexandrum de Halis, Albertum Magnum, Thomam, Bona venturam Cardinalem, Petrum de Tarantasia, Durandum, Petrum de Palude, Egidium de Roma, Ioannem Tentonicum, Bartholomæum Brixensem, Hugutionem Archiepiscopum, Raimundum, Hostiensem, Gulielmum Durandum, Andream, Ioan nem. Nec possum continere quoniam addam Glossam Decreti in ca. i. dist. 3. de Consec.* *Defeso* *Conceptionis nihil dicitur, quia celebrandum non est sic ut in multis regionibus sit, & maxime in Anglia. Et hac est ratio, quia in peccatis concepta fuit, & sicut ceteris sancti, excepta una persona Christi.*

FINIS LIBRI QVINTI.

L I B E R S E X T V S.

De

P O E N I S P E C C A T I.

Caput Primum.

DE POENIS PECCATI.

De Peccatis nunc agendum. Quo nomine etsi
contineantur saepe ea, quæ effecta peccati dicuntur,
suntq; etiā ipsa peccata: tamen nunc circa vtimur, quo-
modo magis fert consuetudo: vt supplicia ita appelle-
lentur, non tantum distincta, sed etiam tota sua natu-
ra separata à peccatis: vt in latrone laqueus: in homi-
cida gladius: & similia. Itaque disputabimus tantum
de suppliciis, quæ ipsa peccata non sunt: sed propter
peccata peccatoribus destinata ab æterna Dei iustitia. Nam de illis, nulla
est controuersia, quæ non penderat à natura peccati.

II. Peccatum ergo omne, sensus communis non tantum malum esse docet, sed etiam pœna dignum: eamque vel maximam esse iustitiae partem. Itaque constat omne peccatum hominis, quantumcunque sit, mereri pœnam. Quod etiam humanis legibus fundamentum est: vnde Paulus docet ad Romanos decimo tertio: Magistratum non sine causa gladium gestare; esse enim Dei ministerium, ultorem ad itam ei, qui quod malum est, fecerit. Sed de huiusmodi pœnis per Magistratum, Politica est disputatio, non Theologica. Nobis ergo duntaxat illæ erunt pœnæ propositæ, quæ sunt à Dei decreto, quæ cum alter, tum hoc differunt ab illis: quod illæ variæ sint nec eadem omnes homines complectuntur, ne eorundem quidem scelerum reos, quia nullus inquam Magistratus fuit inuersalis: hæ vero, ut pro te à Deo constitutæ, à cuius tribunal subducere sele nemō potest, omnino nullum excipiunt peccati reum.

III. Porro homini peccaturo peccatas Deus erat interminatus , Genes. 2 In quocunque die comedies ex eo, morte morieris. Postquam autem peccasset, disertus prolixiusque explicauit Geneseos tertio : primo mulieri, deinde Adamo. Mulieri. Multiplicabo crummas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios: & sub viri potestate eris: & ipse dominabitur tui. Adamo. Quia audiisti vocem uxoris tuis, & comedisti de ligno, ex quo praecepere am tibine comederes, maledicta terra propter te: in doloribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua. Spinias & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terra. In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertaris.

IV. Ex quibus verbis facile quisque concipit, multiplices esse peccatas quibus vicitur Deus in homine peccatum. Nempe miserias omnes, quibuscum homo, dum viuit, consuetus. Cuiusmodi sunt, primo labores omnes, quos necesse est subire ad vitam sustentandam: id enim significatur iis verbis: *in sudore vultus tui vesceris pane.* Secundo, dolores accedentes ad eos labores, propter non respondentem exitum: *In doloribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua.* Quanquam comprehendunt etiam possunt omnia dolorum genera, ob infelices quoslibet successus. Tertio, mors ipsa, quae hic quidem corporalis describitur: *donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerties.* Nam ea verba tantum describunt exitum corporis, ab anima separati.

V. Conuenit tamen inter Catholicos & Papistas, præter has poenas aliquam esse, & quidem grauissimam: eam nempe, qua excedit terminos huius vitæ: dominique infligunt post mortem. Neque enim aliter confarer ratio diuinæ iustitiae: multo minus misericordia. Nam vel

mnes puniendo sunt homines : vel omnes eximendi à pena : vel quidam puniendo , quidam eximendi. Omnes paniri , non patitur misericordia: omnes eximi , non patitur iustitia. Tertium ergo membrum verum: Sed si nulla esset post mortem supplicia : primo , nullus eximeretur. Ratio , quia iis supplicis , quæ ad hanc vitam pertinent , omnes sunt obnoxii , si non omnibus , certe non paucis: & saltem à morte nemo liberatur. Quod si quidam liberantur: nec liberantur tamen in hac vita: omnino necesse est liberari post hanc vitam. Deinde in hac ipsa vita , quædam relaxatio intelligi potest: At saltem oportuit bonis esse bene , malis male. At qui contra est bonis male , malis bene. Itaque omnino aut nulla esset Dei iustitia quod absque horrore quis cogitare potest: aut necesse est esse supplicia peccatorum post mortem; & quidem præcipua.

VII. Nec id conjectura sola assequimur : sed & dilerrit Scriptura testimoniis edocemus. Ad Roman. 2. Pro duritia tua, & corde, quod resipiscere nescit, thesauris tibi ipsi stram in diem ira, & patefactionis iusti iudicij Dei, qui reddet vniuersaque secundum opera ipsius. Postea ad Thessalon. 1. Iustum est apud Deum, viciissim reddere iis qui affligunt vos, afflictionem. vobis vero qui affligimini relaxationem nobiscum, cumpates eti Dominus Iesus de caelo cum angelis potentia sua: cum flammis incendio, affligens vltionem iis qui Deum non auerunt, neque auscultant Euangelium Domini nostri Iesu Christi : Matthæi 3. Progenies viperarum, quis vobis pramonstravit ut fugeretis à futura ira? Lucæ 16. describitur luxuriosus ille diues sepultus, & apud inferos in tormentis positus. Hæc autem tormenta Christus appellauit gehennam, & ignis nomine Matthæi 10. Ne timete ab iis qui trucidant corpus, animam autem non possint trucidare: sed timete potius eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Et 18. Bonum est tibi luscum ingredi in vitam: potius quam duos oculos habentem coniici in gehennam ignis.

VII. Materiam hæc tormenta lunt æterna: hoc est huiusmodi, ut siue nullum habeant, abque iis liberari nemo possit, qui semel addicetus fuerit. Matthæi 1. Coget triticum suum in horreum, paleam autem exuret igni inextinguibili. Decimo octavo, Bonum est tibi ad vitam ingredi claudum, aut mancum potius, quam duas manus, vel duos pedes habentem coniici in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius, Rufus, Abibunt isti in supplicium æternum.

VIII. Denique, quia ex pena peccatoribus infliguntur ex iusto Dei sic decessentis iudicio: soleret etiam eatum penarum status appellari damnatio, *reliqua*, sive *excommunicatione* *Luca* 21. *et Iohannes* 3. *et Corinthus* 5. *et Iacobus* 2. auferrent gravem damnationem. Ad Romanos 3. *et Iohannes* 3. *et Iacobus* 2. *et Corinthus* 5. Quorum damnatio iusta est. *8. Iohannes* 3. *et Iacobus* 2. *et Iacobus* 3. Nulla igitur nunc est condemnatio iis, qui sunt in Christo Iesu. Atque inde passim apud autores Ecclesiasticos damnati simpliciter appellantur, qui his suppliciis sunt additi.

IX. Appellatur etiam Mors secunda: Apocalyp. 2. Victor non ledetur à morte secunda. Siciterum 20. & 21. Item mors absolute: Iacobi 5. Sciat eum qui auerterit peccatorem ab errore vite sua seruatur animam a morte. Ioannis 8. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non conficiet in eternum. Sic saepè apud Paulum. Verum autores Ecclesiastici solent Æternam mortem appellare. Non quidem, quod re vera, aut se